THE INSTITUTES OF GAIUS

Part I

TEXT WITH CRITICAL NOTES
AND TRANSLATION

By

FRANCIS DE ZULUETA
D.C.L., F.B.A.
DOCTOR HONORIS CAUSA OF PARIS
REGIUS PROFESSOR OF CIVIL LAW IN THE
UNIVERSITY OF OXFORD
FELLOW OF ALL SOULS COLLEGE
HONORARY FELLOW OF MERTON COLLEGE

OXFORD
AT THE CLARENDON PRESS

Oxford University Press, Amen House, London E.C.4

GLASGOW NEW YORK TORONTO MELBOURNE WELLINGTON
BOMBAY CALCUTTA MADRAS KARACHI KUALA LUMPUR
CAPE TOWN IBADAN NAIROBI ACCRA

FIRST EDITION 1946

REPRINTED LITHOGRAPHICALLY IN GREAT BRITAIN
AT THE UNIVERSITY PRESS, OXFORD
FROM SHEETS OF THE FIRST EDITION
1951, 1958

PREFACE

THIS edition is intended primarily for law-students; it is hoped that it will satisfy wider needs also, but it does not aim at replacing the standard editions. Probably the edition most commonly used by scholars is Kübler's. It is very handy, suggests numerous textual improvements, and incorporates, as earlier editions could not, the new readings and passages of the Oxyrhynchus and Antinoite fragments. Nevertheless, apart from the new fragments, P. Krüger's edition (originally with Studemund) remains indispensable for all critical work. It marks by italics the slightest deviation, other than orthographical, from Studemund's *Apographum*, with its *Supplementa*, of the Veronese palimpsest, and it gives a full critical apparatus, which greatly assists, though it cannot dispense with, reference to the *Apographum* itself. All that remains for a future scientific edition is the evaluation of the endless modern suggestions of corruption of the Veronese text by post-Gaian matter. But what is already clear is that if these suggestions, or a large proportion of them, are correct, what passes for Gaius' *Institutes* can no longer be regarded as a suitable introduction to Roman Law. The present edition would not be undertaken by anyone holding that view.

Our text differs from Krüger's in various respects. (1) It preserves Krüger's italics, thus warning the reader of all departures from the manuscript, but endeavours to discriminate between cases which do and cases which, for the present purpose, do not require a footnote. (2) It adopts a number of later improvements of the text, chiefly from Kübler. (3) It incorporates the new fragments. Here a full critical apparatus has seemed desirable. (4) It places in the text many conjectures which the scientific editions rightly relegate to the footnotes. The motive is that what the ordinary reader wants is the sense, and that this is the shortest way of indicating it. The Egyptian fragments have increased our confidence in the substantial, though not always the verbal, correctness of the conjectures matured by more than a century of editing.

The translation endeavours to be literal rather than elegant. Naturally the excellent translations of Muirhead and Poste have been most helpful.

The apparatus of citations is not for the learned. Scholars will find all, and rather more than all, they need in, for example, so old

a work as Böcking's fifth edition of 1866; any deficiencies caused by new readings of V or fresh discoveries can be made good from Kübler's more judicious, but still full, selection. But to most readers an elaborate accumulation of references is merely discouraging. Internal cross-references and references to Justinian's *Institutes* are what is chiefly needed. Citations of texts outside the two *Institutes* have therefore been cut down to a minimum. On the other hand, the omission by the standard editions to refer to Lenel's *Edictum*, though logical, is regrettable; the temptation to cite it has not always been resisted.

F. DE Z.

OXFORD
July 1946

CONTENTS

THE INSTITUTES OF GAIUS

SIGNS AND ABBREVIATIONS

MANUSCRIPTS

F = the Antinoite fragments, first published by V. Arangio-Ruiz in 1933 (*PSI* xi, 1182) and re-edited by him in BIDR 1935, 572–634.

O = the Oxyrhynchus fragments published by A. S. Hunt in 1927 (*P. Oxy.* xvii, 2103).

V = the Veronese *Codex* 13, as recorded in Studemund's *Apographum* (1874 = Apogr.) and *Supplementa* (1884 = Suppl.).

V2 = added in V by a later hand.

TYPOGRAPHY OF TEXT

Italic type indicates that the letter has not been read in the MS. (occasionally either MS.). The MS. is either illegible or has been corrected editorially.

[ ] Square brackets indicate a supposed intrusion—gloss and so forth.

⟨ ⟩ Angular brackets indicate editorial restoration of a supposed accidental omission by the MS.

EDITIONS

Girard = P. F. Girard's edition (mainly Krüger's) in his *Textes de Droit Romain*, ed. 5, 1923.

Kniep = *Gai Institutionum Commentarii i–iii*, ed. F. Kniep, 1911–17.

Krüger = *Gai Institutionum Commentarii quattuor*, edd. P. Krüger et G. Studemund, *in Collectio Librorum Iuris Anteiustiniani i*, ed. 6, 1912. This volume contains Studemund's *Supplementa*.

Kübler = *Gai Institutiones*, edd. O. Seckel et B. Kübler, ed. 8, 1939.

Polenaar = *Gai Institutiones Iuris Ciuilis Romani*, ed. B. J. Polenaar, 1874.

BOOKS AND PERIODICALS

Apogr. = *Gaii Institutionum Commentarii Quattuor. Codicis Veronensis Apographum*, ed. G. Studemund, 1874.

BIDR = *Bullettino del Istituto di Diritto Romano.*

Bruns = *Fontes Iuris Romani Antiqui*, ed. O. Gradenwitz, 1909.

Edictum = *Das Edictum Perpetuum*, O. Lenel, ed. 3, 1927.

JRS = *Journal of Roman Studies.*

Jurid. Rev. = *Juridical Review.*

LQR = *Law Quarterly Review.*

NRH = *Nouvelle Revue historique de Droit français et étranger.*

Pal. = *Palingenesia Iuris Ciuilis*, O. Lenel, 1889.

PW = Pauly-Wissowa-Kroll, *Realenzyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft*, 1894–

RH = NRH *continued*, 1922–

Riccobono, Fontes = *Fontes Iuris Romani Anteiustiniani i et ii*, ed. 2, S. Riccobono, &c., 1940–1; *iii* (*Negotia*), ed. 1, V. Arangio-Ruiz, 1943.

SZ = *Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Romanistische Abteilung.*

Stud. et Doc. = *Studia et Documenta Historiae et Iuris.*

Suppl. = *Addenda et Corrigenda in Cod. Veronensis Apographo*, G. Studemund, 1884—*Collect. Libr. Iur. Anteiust. i.*

Textes = *Textes de Droit Romain*, P. F. Girard, ed. 5, 1923.

TEXTS

C = Justinian's *Codex.*

C.T. = *Codex Theodosianus.*

Coll. = *Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio.*

D. = Justinian's *Digest.*

Dosith. = *Fragmentum quod dicitur Dositheanum* (in all the collections).

Epit. = *Epitome* of Gaius' *Institutes* appended to the *Lex Romana Visigothorum.*

F.V. = *Fragmenta Vaticana.*

G. = Gaius' *Institutes.*

Inst. = Justinian's *Institutes.*

Nou. = Justinian's *Novels.*

Paul = *Pauli Sententiae.*

Theoph. = *Institutionum Graeca Paraphrasis*, ed. E. C. Ferrini, 1884.

Ulp. = *Ulpiani Liber singularis Regularum*, now generally referred to as *Epitome Ulpiani.*

GAI INSTITUTIONUM

Commentarii Quattuor

CONTENTS OF THE INSTITUTES

CONTENTS OF BOOK I

V p. 1 ⟨COMMENTARIUS PRIMUS⟩

[I. De iure ciuili et naturali.[1]]

1. *Omnes populi qui legibus et moribus reguntur partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quis*que[2] populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ciuitatis; quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur uocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utit*ur*. quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

2. Constant autem iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui ius edicendi habent, responsis prudentium. **3.** Lex est quod populus iubet atque constituit. plebiscitum est quod plebs iubet atque constituit. plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione uniuersi ciues significantur, connumeratis et*iam* patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri ciues significantur. unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, qu*ae*[3] sine
V p. 2 auctoritat*e* eorum facta essent. sed postea / lex Hortensia lata est, qua cautum est ut plebiscita uniuersum populum tenerent. itaque eo modo legibus exaequata sunt. **4.** Senatusconsultum est quod senatus iubet atque constituit; idque legis uicem optinet, quamuis fuerit quaesitum. **5.** Constitutio principis est quod imperator decreto uel edicto uel epistula constituit; nec umquam dubitatum est quin id legis uicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat. **6.** Ius autem[4] edicendi habent magistratus populi Romani. sed amplissimum ius est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in prouinciis iurisdictionem[5] praesides earum habent; item in edictis aedilium curulium, quorum

[1] V2, above the first line.

[2] The first three lines of V are now vacant, having been written in red. The supplement (from Inst. 1, 2, 1. D. 1, 1, 9) is too short for three lines of ordinary writing. There may have been more, but not necessarily.

[3] *q'* V, which may mean *quia* (Krüger) or *quae* (Kübler). Cf. Apogr. 290; 293.

[4] Mommsen om. *autem*, but Krüger supposes an omission—according to Huschke's conjecture: ⟨*Edicta sunt praecepta eorum qui ius edicendi habent.*⟩ *ius autem*, &c.

[5] Polenaar *iurisdictionem in prouinciis*.

§ 1. = Inst. 1, 2, 1 (D.). Cf. Cic. de off. 3, 17, 69. *suis locis*: G. 1, 52. 55. 78 sq. 89. 108. 119. 189. 193; 2, 65 sq.; 3, 93. 132–4. 154. Cf. 1, 47. 83; 3, 179 in fin.; 4, 37. § 2. Cf. Inst. 1, 2, 3. Pomp. D. 1, 2, 2, 12. Pap. D. 1, 1, 7.

BOOK I

1. Every people that is governed by statutes and customs observes partly its own peculiar law and partly the common law of all mankind. That law which a people establishes for itself is peculiar to it, and is called *ius ciuile* (civil law) as being the special law of that *ciuitas* (State), while the law that natural reason establishes among all mankind is followed by all peoples alike, and is called *ius gentium* (law of nations, or law of the world) as being the law observed by all mankind. Thus the Roman people observes partly its own peculiar law and partly the common law of mankind. This distinction we shall apply in detail at the proper places.

2. The laws of the Roman people consist of *leges* (comitial enactments), plebiscites, senatusconsults, imperial constitutions, edicts of those possessing the right to issue them, and answers of the learned. **3.** A *lex* is a command and ordinance of the *populus*. A plebiscite is a command or ordinance of the *plebs*. The *plebs* differs from the *populus* in that the term *populus* designates all citizens including patricians, while the term *plebs* designates all citizens excepting patricians. Hence in former times the patricians used to maintain that they were not bound by plebiscites, these having been made without their authorization. But later a *L. Hortensia* was passed, which provided that plebiscites should bind the entire *populus*. Thereby plebiscites were equated to *leges*. **4.** A senatusconsult is a command and ordinance of the senate; it has the force of *lex*, though this has been questioned. **5.** An imperial constitution is what the emperor by decree, edict, or letter ordains; it has never been doubted that this has the force of *lex*, seeing that the emperor himself receives his *imperium* (sovereign power) through a *lex*. **6.** The right of issuing edicts is possessed by magistrates of the Roman people. Very extensive law is contained in the edicts of the two praetors, the urban and the peregrine, whose jurisdiction is possessed in the provinces by the provincial governors; also in the edicts of the curule aediles, whose jurisdiction is possessed

---

§ 3. Cf. Inst. 1, 2, 4. § 4. Cf. Inst. 1, 2, 5. Ulp. D. 1, 3, 9. § 5. Cf. Inst. 1, 2, 6 (Ulp. D.). § 6. Cf. Inst. 1, 2, 7. G. 3, 32; 4, 11. Pap. D. 1, 1, 7, 1; Marcian 8.

iurisdictionem in prouinciis populi Romani quaestores habent; nam in prouincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his prouinciis non proponitur. **7.** Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum quibus permissum est iura condere. quorum omnium si in unum sententiae concurrunt, id quod ita sentiunt legis uicem optinet; si uero dissentiunt, iudici licet quam uelit sententiam sequi. idque rescripto diui Hadriani significatur.

[II. De iuris diuisione.[1]]

8. Omne autem ius quo utimur uel ad personas pertinet uel / ad res uel ad actiones. et prius uideamus de personis. V p. 3

[III. De condicione hominum.[1]]

9. Et quidem summa diuisio de iure[2] personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. **10.** Rursus, liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini. **11.** Ingenui sunt qui liberi nati sunt; libertini qui ex iusta seruitute manumissi sunt. **12.** Rursus, libertinorum ⟨*tria sunt genera: nam aut ciues Romani aut Latini aut dediticiorum*⟩[3] numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius de dediticiis.

[IIII. De dediticiis uel lege Aelia Sentia.[1]]

13. Lege itaque Aelia Sentia cauetur ut[4] qui serui a dominis poenae nomine uincti sint, quibusue stigmata inscripta sint, deue quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit et in ea noxa fuisse conuicti sint, quiue ut ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inue ludum custodiamue coniecti fuerint, et postea uel ab eodem domino uel ab alio manumissi, eiusdem condicionis liberi fiant, cuius condicionis sunt peregrini dediticii. [V. De peregrinis dediticiis.[1]] **14.** Uocantur autem peregrini dediticii hi qui quondam aduersus populum Romanum armis susceptis pugnauerunt, deinde uicti se dediderunt. **15.** Huius ergo turpitudinis seruos quocumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi pleno iure

---

[1] V2.

[2] *de iure*: confirmed by Inst. and D. Gloss according to G. Beseler, SZ 1926, 268.

[3] Supplied from Epit. 1, 1 pr.

[4] *cauetur qui* V, with *ū* (= *uel*) interlined between the two words. The correction *ut* for *uel* seems almost compulsory, but its results are disastrous for the syntax of the sentence. Krüger simply corrects the moods: *sint* for *sunt* three times, and *fiant* for *fiunt*; but cf. infra 1, 29. 40, &c. Kniep explains the moods as being due to textual quotation from the *lex*; on that supposition it would be better to omit *uel* (*ut*) altogether.

in the provinces of the Roman people by quaestors; no quaestors are sent to the provinces of Caesar, and consequently the aedilician edict is not published there. **7.** The answers of the learned are the decisions and opinions of those who are authorized to lay down the law. If the decisions of all of them agree, what they so hold has the force of *lex*, but if they disagree, the judge is at liberty to follow whichever decision he pleases. This is declared by a rescript of the late emperor Hadrian.

8. The whole of the law observed by us relates either to persons or to things or to actions. Let us first consider persons.

9. The primary distinction in the law of persons is this, that all men are either free or slaves. **10.** Next, free men are either *ingenui* (freeborn) or *libertini* (freedmen). **11.** *Ingenui* are those born free, *libertini* those manumitted from lawful slavery. **12.** Next, of freedmen there are three classes: they are either Roman citizens or Latins or in the category of *dediticii*. Let us consider each class separately, and first *dediticii*.

13. By the *L. Aelia Sentia* it is provided that slaves who by way of punishment have been put in bonds by their masters or have been branded, or have been questioned under torture on account of some wrongdoing and have been found guilty of the same, also those who have been handed over to fight (in the arena) with men or beasts or who have been cast into a gladiatorial school or into prison—that such slaves, if afterwards manumitted whether by the same or another master, shall become free men of the same status as *peregrini dediticii*. **14.** Are called *peregrini dediticii* those who in the past have taken up arms and fought against the Roman people and being defeated have surrendered (at discretion). **15.** Slaves disgraced in the manner mentioned, by whatever method and at whatever age they are manumitted, and though they were

---

§ 7. Cf. Inst. 1, 2, 8. Pomp. D. 1, 2, 2, 5. 12. 47 sq. § 8. = Inst. 1, 2, 12 (D.). § 9. = Inst. 1, 3 pr. (D.). § 11. = D. 1, 5, 6. Cf. Inst. 1, 4 pr. 1, 5 pr. § 12. Cf. Inst. 1, 5, 3. §§ 13–15. Cf. G. 1, 25–7. 68; 3, 74–6. *L. Aelia Sentia* A.D. 4.

dominorum fuerint, numquam aut ciues Romanos aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dediticiorum numero constitui intellegemus.

16. Si uero in nulla tali turpitudine sit seruus, manumissum
V p. 4 modo ciuem Romanum, modo Latinum fieri dice/mus. **17.** Nam in cuius persona tria haec concurrunt, ut maior sit annorum triginta, et ex iure Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, id est uindicta aut censu aut testamento, is ciuis Romanus fit; sin uero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

[VII. De manumissione uel causae probatione.[1]]

18. Quod autem de aetate serui requiritur, lege Aelia Sentia introductum est. nam ea lex minores XXX annorum seruos non aliter uoluit manumissos ciues Romanos fieri quam si uindicta, apud consilium iusta causa manumissionis adprobata, liberati fuerint. **19.** Iusta autem causa manumissionis est ueluti si quis filium filiamue aut fratrem sororemue naturalem, aut alumnum aut paedagogum, aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa apud[2] consilium manumittat.

[IIII. De consilio adhibendo.[3]]

20. Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque equitum Romanorum [puberum][4]; in prouinciis autem uiginti recuperatorum ciuium Romanorum, idque fit ultimo die conuentus; sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. maiores uero triginta annorum serui semper manumitti solent, adeo ut uel in transitu manumittantur, ueluti cum praetor aut pro consule in balneum uel in theatrum eat. **21.** Praeterea, minor triginta annorum seruus manumissus[5] potest ciuis Romanus fieri, si ab eo domino qui soluendo non erat testamento
V p. 5 eum liberum et heredem relictum *alius | heres nullus excludit.*[6] . . .

---

[1] V2. The numbering has begun to go wrong.

[2] *apud* interlined by V2. *apud consilium* gloss according to Kniep.

[3] V2. *IIII* (Goeschen) no longer legible.

[4] *puberum*: gloss according to Krüger. *recuperatorum* Hartmann. *equo publico* Karlowa.

[5] *mm* V. *manumissus* Kübler; gloss Krüger.

[6] Mommsen's conjecture; sense practically certain: cf. Ulp. 1, 14. Nothing can be made of V p. 5: cf. Apogr. and Suppl. xx. Presumably Gaius, having disposed of the first of the three conditions stated in § 17, now proceeded to the other two—Quiritary title and solemnity of form. It is to this lost passage that 3, 56 almost certainly, and 1, 126 probably, refer. Cf. Ulp. 1, 10 sq. 14. Dosith. 5, 6. Theoph. 1, 5, 4 (Ferrini 26). Epit. 1, 1, 2: *Latini sunt qui aut per epistolam aut inter amicos aut conuiuii adhibitione manumittuntur.*

in the full ownership of their masters, never become either Roman citizens or Latins, but are always ranked as *dediticii*.

16. On the other hand, a slave not so disgraced becomes on manumission sometimes a Roman citizen and sometimes a Latin. **17.** A slave in whom these three conditions are united—that he be over 30 years of age, that he be the Quiritary property of his master, and that he be set free by lawful and statutory manumission (that is *uindicta* or by the census or by will), becomes a Roman citizen; but if any of these conditions is lacking, he will be a Latin.

18. The requirement as to the age of the slave was introduced by the *L. Aelia Sentia*, which provided that slaves manumitted below 30 should not become Roman citizens except if freed *uindicta* after proof of adequate motive for the manumission before a *consilium* (council). **19.** There is adequate motive where, for instance, a man manumits before a *consilium* his natural son or daughter, or his natural brother or sister, or his foster-child, or his children's teacher, or a slave whom he wants as *procurator* (business agent), or a female slave whom he intends to marry.

20. The *consilium* is composed in the city of Rome of 5 senators and 5 Roman *equites* (knights); in the provinces of 20 *recuperatores* being Roman citizens. (In the provinces) it sits on the last day of the assizes, but at Rome manumissions before the *consilium* take place on fixed days. On the other hand, slaves above 30 can be manumitted at any time; indeed, manumissions may take place even in the street, for instance when the praetor or proconsul is on his way to the baths or the theatre. **21.** Furthermore, a slave under 30 can become a Roman citizen by manumission where he has been declared free and left heir by the will of an insolvent master, provided that he is not excluded by another heir. . . .

---

§ 17. Cf. Ulp. 1, 6 sq. 16. Inst. 1, 5, 3 in fin. § 18. Cf. G. 1, 29 sq.; 2, 276. § 19. Cf. G. 1, 39. § 20. Cf. G. 1, 38. *maiores uero*: Inst. 1, 5, 2 fin. § 21. Cf. G. 2, 154. 276. Inst. 1, 6, 1.

V p. 6 **22.** . . . / homines Latini Iuniani appellantur; Latini ideo, quia adsimulati sunt Latinis coloniariis; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, cum olim serui uiderentur esse. **23.** Non tamen illis permittit lex Iunia uel ipsis testamentum facere uel ex testamento alieno capere uel tutores testamento dari. **24.** Quod autem diximus ex testamento eos capere non posse ita intellegemus, ne quid [indirecto][1] hereditatis legatorumue nomine eos posse capere dicamus. alioquin per fideicommissum capere possunt.

25. Hi uero qui dediticiorum numero sunt nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet peregrinus; quin[2] nec ipsi testamentum facere possunt secundum id quod magis[3] placuit. **26.** Pessima itaque libertas eorum est qui dediticiorum numero sunt, nec ulla lege aut senatusconsulto aut constitutione principali aditus illis ad ciuitatem Romanam datur. **27.** Quin etiam in urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae miliarium morari prohibentur, et si qui contra ea fecerint, ipsi bonaque eorum publice uenire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae miliarium seruiant, neue umquam manumittantur; et si manumissi fuerint, serui populi Romani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia comprehensa sunt.

[*Quibus modis* Latini ad ciuitatem Romanam perueniant.[4]]

V p. 7 **28.** / Latini uero multis modis ad ciuitatem Romanam perueniunt. **29.** Statim enim ex lege Aelia Sentia [cautum est ut][5] minores triginta annorum manumissi et Latini facti si uxores duxerint uel ciues Romanas uel Latinas coloniarias uel eiusdem condicionis cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus ciuibus Romanis puberibus, et filium procreauerint, cum is filius anniculus esse coeperit, datur eis potestas per eam legem adire praetorem uel in prouinciis praesidem prouinciae, et adprobare se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere. et si is apud quem causa probata est id ita esse pronuntiauerit, tunc et ipse Latinus et uxor eius, si et ipsa ⟨*eiusdem condicionis sit, et filius, si et ipse*⟩[6] eiusdem condicionis sit,

---

[1] Gloss according to Mommsen. *directo* Krüger. *inde directo* Kübler—tempting. [2] So Kübler. *quia* Vn. om. Krüger.
[3] *mgn* V. *magis* generally. *magis nunc* Kniep. [4] V2.
[5] This accepted exclusion regularizes *datur* below. Cf., however, 1, 13, 40, &c.
[6] Mommsen, and generally.

22. . . . such persons are called Junian Latins, Latins because they are assimilated to colonial Latins, Junian because they owe their freedom to the *L. Iunia*, whereas previously they were ranked as slaves. **23.** The *L. Iunia* does, however, not enable them either to make a will themselves or to take under, or be appointed tutors by, another's will. **24.** Our statement, that they are incapable of taking under a will, is, however, to be understood as meaning that they cannot take directly, by way of inheritance or legacy; for indirectly, by means of a *fideicommissum* (trust), they can take.

25. But by no method can those in the class of *dediticii* take by will any more than any other *peregrinus*, nor, according to the prevailing doctrine, can they make a will themselves. **26.** Thus the freedom of those classed as *dediticii* is the lowest; nor are they allowed admission to Roman citizenship by any *lex*, senatusconsult, or imperial constitution. **27.** Moreover, they are forbidden to reside in the city of Rome or within the hundredth milestone from Rome, and any who contravene this prohibition are ordered to be sold by the State with all their property, subject to the proviso that their servitude is not to be in the city of Rome or within the hundredth milestone, and that they are never to be manumitted; if they are manumitted, they are to be slaves of the Roman people. These provisions are contained in the *L. Aelia Sentia.*

28. Latins, however, attain to Roman citizenship by many methods. **29.** To begin with, under the *L. Aelia Sentia*, if a slave who has been manumitted under 30 and so become a Latin takes to wife either a Roman citizen or a colonial Latin or a woman of the same status as his own and has the fact attested by not less than 7 witnesses (Roman citizens, above puberty), then, if he begets a son, he is empowered by the statute, on the son becoming one year old, to go before the praetor, or in a province before its governor, and prove that he took a wife under the *L. Aelia Sentia* and has a year-old son by her. And if the magistrate before whom the case is proved finds that the case is as stated, then both the Latin himself and his wife, if she too be of the same status, and likewise the son, if he too be of the same status, are by the statute

---

§ 22. Cf. G. 3, 56. Ulp. 1, 10. Dosith. 5, 6. §§ 23–4. Cf. G. 2, 110. 275; 3, 72–3. Ulp. 20, 14. § 25. Cf. G. 1, 13. 15; 2, 285; 3, 75. Ulp. 20, 14. § 26. Cf. G. 1, 67 fin. § 27. Cf. G. 1, 160? § 28. Cf. Ulp. 3, 1. §§ 29–30. Cf. G. 1, 66. 73. 80; 3, 5. 73.

ciues Romani esse iubentur. **30.** Ideo autem in *persona filii*[1] adiecimus 'si et ipse eiusdem condicionis sit', quia, si uxor Latini ciuis Romana est, qui ex ea nascitur, ex nouo senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuis Romanus nascitur. **31.** Hoc tamen ius adipiscendae ciuitatis Romanae etiamsi so*li* minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, etiam maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est. **32.** Ceterum, etiamsi ante decesserit Latinus quam anniculi filii causam pro-
V p. 8 barit,[2] potest mater eius causam probare, et sic et ipsa fiet / ciuis Romana, si Latina fuerit, . . . *quamuis enim* iam[3] ipse filius ciuis Romanus sit, quia ex ciue Romana matre natus est, tamen debet causam probare, ut suus heres patri fiat. **32a.** ⟨*Quae*⟩ uero diximus de filio annicul⟨*o, eadem et de filia annicula*⟩[4] dicta intellegemus. **32b.** *Praeterea, ex lege Uisellia, tam maiores quam minores XXX annorum manumissi et Latini facti ius Quiritium adipiscuntur*,[5] id est fiunt ciues Romani, si Romae inter uigiles sex annis militauerint. postea dicitur factum esse senatusconsultum quo data est illis ciuitas Romana si triennium militiae expleuerint. **32c.** Item, edicto Claudii, Latini ius Quiritium consequuntur si nauem marinam aedificauerint quae non minus quam X milia modior*um frumenti*[6] capi*at*, eaque nauis, uel quae in eius locum substituta *sit*, *sex*[6] annis frumentum Romam portauerit. **33.** Praeterea, *a Nero*ne *constitutum est* ut, si Latinus, qui patrimoni*um* sestertium CC milium plurisue habebit, in urbe Roma dom*um* aedificauerit, in qu*am* non minus quam partem dimidi*am* patrimonii sui impenderit, ius Quiritium consequatur. **34.** Denique, Traianus constituit ut, si *Latinus* in urbe tr*ien*nio pistrinum exercuerit, *quod in*[7] dies singulos non minus quam centenos m*odios* frumenti *pinseret*,[8] ad ius Quiri-
V p. 9 tium peruen*i/at*. . . . **35.** *Praeterea possunt*[9] maiores triginta

---

[1] So Kübler. *in huius persona* Krüger.

[2] So corrected by V2. *probauerit* Krüger.

[3] Kniep's conjecture for the end of rather more than 2 illegible lines. Cf. Suppl. xx.

[4] Cf. 1, 72.

[5] Huschke's conjecture for two illegible lines. Rather long, since there seems also to have been a rubric. Cf. Ulp. 3, 5.

[6] Cf. Ulp. 3, 6.

[7] So Huschke–Kübler. *in quo in* Krüger.

[8] But see Apogr. and Suppl. xxi. Kniep *frangeret*.

[9] All that can be read in the first 3 lines of V p. 9 is *sequi* in the middle of the third. The topics may have been acquisition of *ciuitas beneficio principali* and, under *SC.*, by *mulier ter enixa* (Ulp. 3, 1).

ordained to be Roman citizens. **30.** The reason why in referring to the son we have added 'if he too be of the same status' is that if the Latin's wife is a Roman citizen, the son born of her is, under a recent senatusconsult made on the authority of the late emperor Hadrian, a Roman citizen from birth. **31.** This right of obtaining Roman citizenship, though by the *L. Aelia Sentia* it was conferred only on those who became Latins on manumission owing to being under 30, was later, by a senatusconsult passed in the consulship of Pegasus and Pusio, granted to persons becoming Latins on manumission over 30. **32.** Even if the Latin dies before having proved the case of a year-old son, the mother can prove it, and thereby she will both become a Roman citizen herself, if she was previously a Latin, *and so will the son* . . . and even though the son himself be already a Roman citizen, because born of a Roman mother, she ought still to prove his case, in order that he may become *suus heres* to his father. **32a.** What we have said of a year-old son is to be taken to apply equally to a year-old daughter. **32b.** Further, under the *L. Visellia*, persons becoming Latins by manumission, whether above or below 30, acquire Quiritary status, i.e. become Roman citizens, by 6 years' service in the police at Rome. A senatusconsult is said to have been passed later giving them citizenship on completion of 3 years' service. **32c.** Also, by an edict of Claudius, Latins obtain Quiritary status if they have built a sea-going ship of a capacity of not less than 10,000 measures of corn, which ship, or one substituted for it, has carried corn to Rome for 6 years. **33.** Further, it has been enacted by Nero that a Latin having a fortune of 200,000 sesterces or more, who builds a house in the city of Rome on which he spends not less than half his fortune, is to obtain Quiritary status. **34.** Lastly, Trajan has enacted that a Latin who for 3 years has worked a mill in the city which grinds not less than 100 measures of corn daily is to attain Quiritary status. . . . **35.** Furthermore, persons manumitted above

---

§ 31. *Pegaso et Pusione consulibus*: Inst. 2, 23, 5 'Uespasiani temporibus'. Cf. G. 2, 254. § 32. Cf. G. 2, 142–3; 3, 5. § 32b. *ex lege Uisellia* (A.D. 24): so Ulp. 3, 5. § 33. Cf. Tac. ann. 15, 43.

annorum manumissi et Latini facti *iteratione*[1] ius Quiritium consequi. quo . . .[2] *tri*ginta annorum manumittant . . .[3] manumissus uindicta aut censu aut testamento *et ci*uis Romanus *et eius* libertus fit q*ui manumissionem* iterauerit.[4] ergo, si seruus i*n* bonis tuis, ex iure Quiritium meus erit, Latinus quidem a te solo fieri potest, iterari autem a me, non etiam a te potest, et eo modo meus libertus fit. s*ed* et ceteris modis ius Quiritium consecutus meus libertus fit. bonorum autem quae . . . *cum* is morietur reliquerit, tibi possessio datur, quocumque modo ius Quiritium fuerit consecutus. quod si cui*us* et in bonis et ex iure Quiritium sit, manumissus ab eodem scilicet et Latinus fieri potest et ius Quiritium consequi.

36. *Non tamen cuicumque uolenti manumittere licet.* **37.** *Nam is qui*[5] in fraudem creditorum uel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. **38.** Ite*m*, eadem lege minori XX annorum domino non aliter manumittere permit-
V p. 10 titur quam si uindicta apud con/silium iusta causa manumissionis adprobata fuerit.[6] **39.** Iustae autem causae manumissionis sunt ueluti si quis patrem aut matrem aut paedagogum aut conlactaneum manumittat. sed et illae causae quas superiu*s* in seruo minore XXX annorum exposuimus ad hunc quoque casum de quo loquimur adferri possunt. item, ex diuerso, hae causae quas in minore XX annorum domino rettulimus porrigi possunt et ad seruum minor*em* XXX annorum. **40.** Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, euenit ut qui XIIII annos aetatis expleuerit, licet testamentum facere possit et in eo herede*m* sibi instituere legataque relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum XX, libertatem seruo dare non po*ssit*.[7] **41.** Et quamuis Latinum facere uelit minor XX annorum dominus, tamen nihilominus debet apud consilium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere.

---

[1] Cf. Ulp. 3, 4.

[2] Nearly half a line illegible. [3] About 1½ lines illegible.

[4] Studemund's conjecture. Generally *qui eum iterauerit*. V *qcumitauerit*.

[5] Besides the italicized text (restored from Inst. 1, 6 pr.), lines 19 and 20 of V p. 9, now vacant, seem to have contained a title.

[6] Confirmed on the whole by Inst. 1, 6, 4, but *si*, *uindicta*, and *fuerit* are excluded as gloss by this or that great authority.

[7] *potest* V. Usually corrected, but cf. 1, 13; 29, &c.

---

§ 35. *iteratione*: Ulp. 3, 4. *in bonis*: G. 1, 17. 54, &c. *bonorum possessio*: G. 3, 55 sq. §§ 36–7. = Inst. 1, 6 pr. Cf. G. 1, 47. 139. § 38. = Inst. 1, 6, 4. § 39. Cf. G. 1, 19. Inst. 1, 6, 5. § 40. = Inst. 1, 6, 7 init. Cf. G. 2, 113. Nou. 119, c. 2 (A.D. 544). § 41. *inter amicos*: cf. G. 1, 22. 44. Ulp. 1, 10. Dosith. 4 sq. 14.

30 and having become Latins can obtain Quiritary status *by repetition of the manumission, as can those manumitted under 30 on their reaching the age of 30. In every case a Junian Latin above 30, whose manumission is repeated by his Quiritary owner* by means of *uindicta*, the census, or will, becomes a Roman citizen and the freedman of him who has performed the second manumission. Thus, if a slave is yours by bonitary title, but mine by Quiritary, he can be made a Latin by your sole act, but the second manumission can be performed only by me, not by you, and by it he becomes my freedman. Indeed, if he obtains Quiritary status in any of the other ways, he becomes my freedman. But possession of the property left by him at death is granted to you, whatever be the way in which he had obtained Quiritary status. If, however, he belongs by both bonitary and Quiritary title to the same owner, he can both become a Latin and attain Quiritary status by being manumitted by that owner.

36. Not everyone who wishes to manumit is allowed to do so. **37.** For if a man manumits in order to defraud his creditors or his patron, his act is void, because the *L. Aelia Sentia* prevents the liberation. **38.** By the same *lex* also a master under 20 is not permitted to manumit except *uindicta* and with adequate motive for manumission shown before a council. **39.** There is adequate motive for manumission where, for instance, a master manumits his father or mother, or his teacher or foster-brother. Moreover, the motives we mentioned above in the case of a slave manumitted under 30 may be adduced in the present case, just as, conversely, those we have specified for the case of a master under 20 may be applied also to that of a slave under 30. **40.** A limitation being thus imposed by the *L. Aelia Sentia* on manumissions by masters under 20, the result is that, though a master who has reached the age of 14 can make a will and therein institute an heir and leave legacies, he cannot (therein) grant freedom to a slave. **41.** And though the master under 20 is seeking to make his slave a Latin, he must nevertheless show adequate motive before a council, and only then manumit before friends (informally).

42. Praeterea lege Fufia Caninia certus modus constitutus est in seruis testamento manumittendis. **43.** Nam ei qui plures quam duos neque plures quam decem seruos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur; *e*i uero qui plures /
V p. 11 quam X neque plures quam XXX seruos habebit, usque ad tertiam partem eius n*u*meri manumittere permittitur. at ei qui plures quam XXX neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam potestas manumittendi *d*atur. nouissime, ei qui plures quam C nec plures quam D habebit, non plures [ei] manumittere permittitur quam [ut] quintam partem; neque plures ⟨*manumittendi ei qui plures quam D habebit potestas d*⟩atur;[1] sed p*rae*scribit[2] lex ne cui plures manumittere liceat quam *C*. quodsi quis unum seruum omnino *a*ut duos habet, ad hanc legem non pertinet, et ideo libera*m* habet potestatem manumittendi. **44.** Ac ne ad eos quidem omnino haec lex pertinet qui sine testam*ento* manumittun*t*. itaque licet iis qui uindicta aut censu aut inter amicos manumittunt, totam familiam[3] liberare, scilicet si alia causa non impediat libertatem. **45.** S*ed* qu*od* de numero seruorum testamento manumittendorum diximus ita intellegemus, ne umquam ex eo numero, ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, *pauci*ores m*anumittere* liceat quam ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa *lege* p*r*ouisum[4] est: erat enim sane a*b*surdum ut X seruorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem eius numeri manumittere ei concedit*ur*, XII seruos habenti
V p. 12 non plures liceret manum*it*tere quam IIII, at eis qui plures quam
V p. 13 X neque / . . . . . .[5] / **46.** Nam et si t*estamento* scriptis in orbem seruis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis inuenitur, nulli liberi erunt, quia lex Fufia Caninia quae in fraudem eius facta sint rescindit. sunt etiam specialia senatusconsulta quibus rescissa sunt ea quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

47. In summa sciendum est, ⟨*quod*⟩[6] lege Aelia Sentia cautum sit *u*t creditorum fraudandorum causa manumissi liberi non fiant, *hoc etiam*[7] ad peregrinos pertinere (senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani),[8] cetera uero iura eius legis ad peregrinos non pertinere.

---

[1] Kniep's conjecture. There are others.
[2] *postscribit* V. Defended by Kniep.
[3] V2 interlines *suam* after *familiam*. Kept by Kübler; om. Krüger.
[4] Cf. Suppl. xxii. *ratione prouisum* Polenaar–Kübler.
[5] V p. 12 is illegible. It probably gave further details as to the *L. Fufia Caninia*: cf. Epit. 1, 2, 2. 3.
[6] *quod* Kübler. ⟨*cum*⟩ Krüger.
[7] *etiam hoc* V.
[8] Gloss according to Mommsen, followed by Kübler.

42. Furthermore, a limitation has been set on the manumission of slaves by will by the *L. Fufia Caninia*. **43.** For a master who has more than 2 and not more than 10 slaves is allowed to manumit up to half their number; one who has more than 10 and not more than 30 is allowed to manumit up to a third; one who has more than 30 and not more than 100 is allowed to manumit up to a quarter; lastly, one who has more than 100 and not more than 500 is allowed to manumit not more than a fifth; nor is he allowed, even if he has more than 500, to manumit any more, the *lex* enacting that no one may manumit more than 100. On the other hand, a master who has only one or two slaves is not affected by this *lex*, and consequently has unrestricted power of manumission. **44.** Nor has the *lex* any application to masters manumitting otherwise than by will. Hence a master manumitting *uindicta* or by the census or before friends (informally) is allowed to free his whole household, provided of course that there be no other impediment to their freedom. **45.** The rules we have stated with regard to the number of slaves who may be manumitted by will must be taken with the qualification that, where only half or a third or a fourth or a fifth of the actual number may be manumitted, it is always permissible to manumit not fewer than could have been manumitted under the preceding scale. This is laid down by the *lex* itself, for it would indeed have been absurd that a master of 10 slaves should be allowed to manumit 5, as being allowed to manumit up to half, whereas a master of 12 should not be allowed to manumit more than 4; on the contrary, one who has more than 10, *but less than 15, may manumit 5, though this exceeds a third of his actual number* . . . . . **46.** Similarly, if the names of the slaves manumitted by the will are written in a circle, none of them will be freed, since no order of manumission is discoverable. For the *L. Fufia Caninia* and also certain special senatusconsults nullify anything contrived to evade the *lex*.

47. Finally it is to be noted that the provision of the *L. Aelia Sentia* nullifying manumissions in fraud of creditors applies also to *peregrini* (so ruled by the senate on the authority of Hadrian), but that its other provisions do not apply to them.

---

§§ 42–5. Cf. Inst. 1, 7. G. 1, 139; 2, 228. 239. *L. Fuf. C.* 2 B.C.
§ 46. Cf. Epit. 1, 2, 2–4. § 47. Cf. G. 1, 37; 4, 37.

48. Sequitur de iure personarum alia diuisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae. **49.** Sed[1] rursus, earum personarum quae alieno iuri subiectae sunt aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt. **50.** Uideamus nunc de iis quae alieno iuri subiectae sint. ⟨nam⟩[2] si cognouerimus quae istae personae sint,[3] simul intellegemus quae sui iuris sint. **51.** Ac prius dispiciamus de iis qui in aliena potestate sunt.

52. In potestate itaque sunt serui dominorum. quae quidem potestas iuris gentium est. nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus dominis in seruos uitae necisque potestatem esse, et quodcumque per seruum adquiritur, id domino
V p. 14 adquiritur. **53.** Sed hoc tempore neque ciuibus / Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in seruos suos saeuire. nam, ex constitutione sacratissimi[4] imperatoris Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit non minus teneri iubetur quam qui alienum seruum occiderit. sed et maior quoque asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem coercetur. nam consultus a quibusdam praesidibus prouinciarum de his seruis qui ad fana deorum uel ad statuas principum confugiunt, praecepit ut, si intolerabilis uideatur dominorum saeuitia, cogantur seruos suos uendere. et utrumque recte fit: [regula:][5] male enim nostro iure uti non debemus; qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio. **54.** Ceterum cum apud ciues Romanos duplex sit dominium (nam uel in bonis uel ex iure Quiritium uel ex utroque iure cuiusque seruus esse intellegitur), ita demum seruum in potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit. nam qui nudum ius Quiritium in seruo habet, is potestatem habere non intellegitur.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri quos iustis nuptiis procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum est. fere enim nulli alii sunt homines qui talem in filios suos habent pote-
V p. 15 statem qualem nos habemus. idque diuus Hadrianus,[6] edicto quod

[1] So Kübler. *s̄ subiectae s rursus* V. *subiectae sunt. Rursus* Krüger, with Inst. 1, 8 pr. *subiectae sunt* D. 1, 6, 1 pr.

[2] *nam* Inst. D. [3] *s* V. *sint* Inst. *sunt* D.

[4] *sacratissimi*: extended from *s* by Kübler. See, however, Apogr. 300.

[5] This word is evidently gloss. Cf. 3, 113 init.; 126. 4, 24 fin. (?).

[6] So Krüger. *diui Hadriani* V. Alternatively, with Kübler, correct *significauit* below to *significatur.*

§§ 48–51. = Inst. 1, 8 pr. (D.). § 52. = Inst. 1, 8, 1 (D.). *quodcumque per seruum*: G. 2, 86 sq.; 3, 164 sq.; 4, 134. § 53. = Inst. 1, 8, 2 (D.).

48. Next comes another division in the law of persons. For some persons are *sui iuris* (independent) and others are *alieni iuris* (dependent on another). **49.** Again, of those *alieni iuris* some are in *potestas*, others in *manus*, and others in *mancipium*. **50.** Let us consider first persons *alieni iuris*; for, knowing these, we shall at the same time know who are *sui iuris*. **51.** And first let us consider persons in another's *potestas*.

52. Slaves are in the *potestas* of their masters. This *potestas* is *iuris gentium*, for it is observable that among all nations alike masters have power of life and death over their slaves, and whatever is acquired through a slave is acquired for his master. **53.** But at the present day neither Roman citizens nor any other persons subject to the rule of the Roman people are allowed to treat their slaves with excessive and causeless harshness. For by a constitution of the late emperor Antoninus it is laid down that one who without cause kills his own slave is as much amenable to justice as one who kills another's. And even excessive severity on the part of masters is restrained by a constitution of the same emperor; for, on being consulted by certain provincial governors as to slaves who take refuge at the temples of the gods or the statues of the emperors, he ordained that masters whose harshness is found to be unbearable are to be forced to sell their slaves. Both enactments are just, for we ought not to abuse our lawful right—the principle under which prodigals are interdicted from administering their own property. **54.** But whereas among Roman citizens there is double ownership (for a slave may belong to a master by bonitary or by Quiritary title, or by both), a slave is held to be in the *potestas* of the master who has the bonitary title to him, even though he have not also the Quiritary. For one who has the bare Quiritary title to a slave is not considered to have *potestas* over him.

55. Also in our *potestas* are the children whom we beget in *iustae nuptiae* (civil marriage). This right is peculiar to Roman citizens; for scarcely any other men have over their sons a power such as we have. The late emperor Hadrian declared as much in

---

sine causa: 'legibus cognita' add. Inst. D. Cf. G. 3, 213. Further details: Coll. 3, 2. 3. § 54. Cf. G. 1, 17. 35; 2, 40. 88; 3, 166. Ulp. 1, 16. § 55. = Inst. 1, 9 pr. (D.). Cf. G. 1, 64. 93 sq. 128. 189; 2, 135a; 3, 20. *Galatarum*: Caes. bell. Gall. 6, 19, 3.

proposuit de his qui sibi liberisque suis ab eo ciuitatem Romanam petebant, significauit.[1] nec me praeterit Galatarum gentem credere in potestate parentum liberos esse.

56. *Itaque liberos suos in potestate habent ciues Romani*,[2] si ciues Romanas uxores duxerint, uel etiam Latinas peregrinasue cum quibus conubium habeant. cum enim conubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur, euenit ut non ⟨*solum*⟩ ciues Romani fiant, sed et*iam* in potestate patris sint. **57.** Unde *et*[3] ueteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisue, quas primas p*ost* missionem uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur et ciues Romani et in potestate parentum fiunt.

58. *Nec tamen omnes nobis uxores ducere licet*;[4] nam a quarundam nuptiis abstinere debemus. **59.** Inter eas enim personas quae parentum liberorumue l*ocum* inter se optinent nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas conubium est, ueluti inter patrem et filiam, uel inter matrem et filium, uel inter auum et neptem, ⟨*uel inter auiam et nepotem.*⟩[5] et si tales personae inter se coierint,
V p. 16 nefarias / et incestas nuptias contraxisse dicuntur. et haec adeo ita sunt ut, quamuis per adoptionem parentum liberorumue loco sibi esse coeperint, non poss*int*[6] inter se matrimonio coniungi; in tantum ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat. itaque eam quae mihi per adoptionem filia*e seu* neptis loco esse coeperit non potero *uxorem* ducere, quamuis eam emancipauer*im*. **60.** Inter eas quoque personas quae ex transuerso gradu cognatione iunguntur est quaedam similis obseruatio, sed non tanta. **61.** Sane inter fratrem et sororem prohibitae sunt nuptiae, siue eodem patre eademque matre nati fuerint siue alterutro eorum; sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quamdiu quidem const*at* adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere; cum uero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere; sed et si ego emancipatus fuero, nihil im*pe*dimento

[1] See p. 16, n. 6.

[2] Two vacant lines. Traces of red, indicating rubric. Text as conjectured by Krüger.

[3] *undcc* V. Polenaar: *unde causa cognita.*

[4] Two vacant lines, showing traces of red indicating a title. Text from Inst. 1, 10, 1. Polenaar: *omnes ciues Romanas.*

[5] Inserted by Kniep and Kübler from Epit. 1, 4, 1 and Inst. 1, 10, 1.

[6] *possunt* V. Cf. supra 1, 40, &c.

§ 56. Cf. Inst. 1, 10 pr. G. 1, 67. 76 sq. 88. Ulp. 5, 2. § 57. Cf. diplomata militum: Textes 124. Bruns 1, 274. Riccobono, Fontes 1, 223. §§ 58–61. = Inst. 1, 10, 1. 2.

the edict he issued concerning those who petitioned him for citizenship for themselves and their children. I am not forgetting that the Galatians regard children as being in the *potestas* of their parents.

173. Furthermore, by a *senatusconsultum* women are allowed to apply for another tutor in place of a tutor who is absent; thereupon the previous tutor is retired. It does not matter how far away he is. **174.** But by an express exception a freedwoman is not allowed to apply for another tutor in place of her absent patron. **175.** We place on the same footing as a patron a parent who, by manumitting a daughter, granddaughter, or great-granddaughter after her remancipation to himself, has acquired *legitima tutela* over her. His children, however, are accounted fiduciary tutors, whereas a patron's children acquire the same kind of *tutela* as their parent had. **176.** But sometimes a woman is allowed to apply for another tutor in place of even an absent patron, for instance in order to accept an inheritance. **177.** The same has been decreed by the senate where a patron's son is himself a ward. **178.** For by the *L. Iulia de maritandis ordinibus* (regulating the marriages of the orders) a woman in the *legitima tutela* of a ward may apply to the urban praetor for a tutor for the purpose of creating a *dos* (dowry). **179.** Of course a patron's son becomes tutor of his father's freedwoman even if he be below puberty, though he is unable to give *auctoritas* in any matter, seeing that he himself is not allowed to do any act without his own tutor's *auctoritas*. **180.** Again, a woman in the *legitima tutela* of a lunatic or a dumb man is allowed by the senatusconsult to apply for a tutor for the purpose of creating a *dos*. **181.** In the above cases it is clear that the *tutela* of a patron or a patron's son remains unimpaired. **182.** The senate has further decreed that if the tutor of a male or female ward be removed from his *tutela* as suspect, or be excused from office on some lawful ground, another tutor shall be appointed in his place; whereupon the previous tutor loses his *tutela*. **183.** The practice in all these cases is the same at Rome and in the provinces, namely that application for a tutor should be made at Rome to the praetor and in the provinces to the provincial governor.

184. Olim, cum legis actiones in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutorem et mulierem pupillumue lege agendum erat. nam, quia ipse tutor[1] in re sua auctor esse non poterat, alius dabatur, quo auctore legis actio perageretur, qui dicebatur praetorius tutor,[1] quia *a* praetore urbano dabatur.[2] sed post sublatas legis actiones quidam putant hanc speciem dandi tutoris in usu esse desisse; aliis *autem* placet adhuc in usu esse, si legitimo iudicio agatur.

185. Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Roma ex lege Atilia a praetore urbano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor uocatur, in prouinciis uero a praesidibus prouinciarum ⟨*ex*⟩[3] lege Iulia et Titia. **186.** Et ideo, si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo datus sit, quamdiu condicio aut dies pendet, tutor dari potest; item, si pure datus fuerit, quamdiu nemo heres existat, tamdiu ex his legibus tutor petendus est; qui desinit tutor esse posteaquam aliquis ex testamento tutor esse coeperit. **187.** Ab hostibus quoque tutore capto ex his legibus tutor peti debet; qui desinit tutor esse, si is qui captus est in ciuitatem reuersus fuerit; nam reuersus recipit tutelam iure postliminii./

V p. 50 **188.** Ex his apparet quot sint species[4] tutelarum. si uero quaeramus in quot genera hae species diducantur, longa erit disputatio; nam de ea re ualde ueteres dubitauerunt. nos, qui diligentius hunc tractatum exsecuti sumus et in edicti interpretatione et in his libris quos ex Quinto Mucio fecimus, hoc totum ⟨*omittimus. hoc solum*⟩[5] tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius, alii tria, ut Seruius Sulpicius, alii duo, ut Labeo; alii tot genera esse crediderunt quot etiam species essent.

189. Sed impuberes quidem in tutela esse omnium ciuitatium iure contingit, quia id naturali rationi[6] conueniens est, ut is qui

---

[1] *tutelae* (?) V.
[2] *datur* V.
[3] So Inst. 1, 20 pr.
[4] *species in s* (or *i*) V. Kniep: *species in iure.*
[5] So Kübler, partly from Kniep. Krüger emends as follows: *nosque diligentius hunc tractatum . . . fecimus. hoc tantisper*, &c. Mommsen: *hoc loco tantisper.*
[6] *ratione* V, defensible. *iure* Inst.

---

§ 184. Cf. Ulp. 11, 24. Inst. 1, 21, 3. *sublatas legis actiones*: G. 4, 30. *legitimo iudicio*: G. 4, 103 sq. § 185. = Inst. 1, 20 pr. *postliminii*: G. 1, 129, &c. §§ 186 7. = Inst. 1, 20, 1. 2. § 188. *in quot genera*: G. 3, 88. 89. 182. 183; 4, 1. § 189. = Inst. 1, 20, 6.

184. In earlier times, when the *legis actiones* were in use, a tutor used to be appointed if there was to be a *legis actio* between a tutor and his ward, whether a woman or a male under puberty. For, inasmuch as the tutor could not himself give *auctoritas* in a matter in which he was himself interested, another tutor used to be appointed, in order that the *legis actio* might be carried through with his *auctoritas*. He was called a *praetorius tutor*, because appointed by the urban praetor. Some hold that since the abolition of the *legis actiones* this case of appointment of a tutor has gone out of use, but another view is that it is still available if the proceedings in view be by *iudicium legitimum*.

185. If a person has no tutor at all, one is appointed for him, at Rome by the praetor and a majority of the tribunes of the *plebs* under the *L. Atilia*, who is called *Atilianus tutor*, and in the provinces by the provincial governors under the *L. Iulia et Titia*. **186.** Accordingly, where a tutor has been appointed by a will subject to a condition or as from a certain date, a tutor can be appointed pending the realization of the condition or the arrival of the date. Again, where the testamentary appointment is absolute, a tutor may be applied for under the *leges* mentioned during such time as no one has qualified as heir; the tutor appointed ceases to be tutor as soon as someone becomes tutor under the will. **187.** Application for a tutor should also be made under the same *leges* if a tutor has been captured by the enemy; this appointed tutor ceases to be tutor if the captive tutor returns to Roman territory; for *iure postliminii* he recovers his *tutela* on his return.

188. From all this it is evident how many species or varieties of *tutela* there are. But to inquire into the number of *genera* between which these species are distributed would involve a long discussion, this being a point on which the older lawyers have been exceedingly doubtful. For our part, having dealt with the matter very carefully in our commentary on the Edict and in our books *ex Quinto Mucio*, we omit the whole discussion. It is enough to observe that some, for instance Quintus Mucius, have said that there are five *genera*, others, for instance Servius Sulpicius, that there are three, others, for instance Labeo, that there are two, while others have held that there are as many *genera* as there are species.

189. That persons below puberty should be under guardianship occurs by the law of every State, it being consonant with natural

perfectae aetatis non sit alterius tutela regatur; nec fere ulla ciuitas est in qua non licet parentibus liberis suis impuberibus *testamento* tutorem dare, quamuis, ut supra diximus, soli ciues Romani uideantur[1] liberos suos in potestate habere. **190.** Feminas uero perfectae aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio suasisse uidetur. nam quae uulgo creditur, quia leuitate animi plerumque decipiuntur et aequum erat eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa uidetur quam uera. mulieres enim quae perfectae aetatis
V p. 51 sunt, ipsae sibi negotia tractant, et in quibusdam / causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem suam, saepe etiam inuitus auctor fieri a praetore cogitur. **191.** Unde cum tutore nullum ex tutela iudicium mulieri datur. at ubi pupillorum pupillarumue negotia tutores tractant, eis[2] post pubertatem tutelae iudicio rationem reddunt. **192.** Sane patronorum et parentum legitimae tutelae uim aliquam habere intelleguntur, eo quod hi neque ad testamentum faciendum neque ad res mancipi alienandas neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi obligationisque suscipiendae interueniat. eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut, quia ad eos intestatarum mortuarum hereditates pertinent, neque per testamentum excludantur ab hereditate neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno minus locuples ad eos hereditas perueniat. **193.** Apud peregrinos non similiter ut apud nos in tutela sunt feminae; sed tamen plerumque quasi in tutela sunt: ut ecce[3] lex Bithynorum, si quid mulier ⟨*contra*⟩ hat, maritum auctorem esse iubet aut filium eius puberem.

194. Tutela autem liberantur ingenuae quidem trium ⟨*liberorum iure, libertinae uero quattuor, si in patroni*⟩ liberorumue eius legitima tutela sint; nam [et] ceterae, quae alterius generis tutores
V p. 52 habent, uelut Atilianos aut fiduciarios,[4] trium liberorum / iure tutela liberantur. **195.** Potest autem pluribus modis libertina alterius generis ⟨*tutorem*⟩ habere, ueluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem uel in prouinc⟨*iis*

[1] So Krüger. *uideanturtant* V. *uideantur tantum* Kübler.
[2] *ei* V. om. Inst. *eis* is an old conjecture or reading, but not accepted by Studemund–Krüger. [3] *ui haecce* V.
[4] *uelut—fiduciarios*: gloss according to Polenaar and Krüger.

§ 190. Cf. G. 1, 144, &c.; 2, 122. Ulp. 11, 25–7. § 191. = Inst. 1, 20, 7. § 192. Cf. Ulp. 11, 27. *testamentum*: G. 2, 112. 118. 122; 3, 43. *res mancipi*: G. 2, 47. 80. 85. *obligationes*: G. 3, 91. 108. 176. Cf. 1, 176. 178. 180. § 193. Cf. Cic. p. Flacco 30, 74. § 194. Cf. G. 1, 145; 3, 44. § 195. *lege Atilia*: G. 1, 185.

reason that a person of immature age should be governed by the guardianship of another person; indeed, there can hardly be any State in which parents are not allowed to appoint guardians to their children below puberty by their will, though, as we have remarked, it seems that only Roman citizens have their children in their *potestas*. **190.** But hardly any valid argument seems to exist in favour of women of full age being in *tutela*. That which is commonly accepted, namely that they are very liable to be deceived owing to their instability of judgment and that therefore in fairness they should be governed by the *auctoritas* of tutors, seems more specious than true. For women of full age conduct their own affairs, the interposition of their tutor's *auctoritas* in certain cases being a mere matter of form; indeed, often a tutor is compelled by the praetor to give *auctoritas* even against his will. **191.** This is why no action on the *tutela* lies at the suit of a woman against her tutor. In contrast, where tutors manage the affairs of a male or female ward below age, they are held to account to their wards on their attaining full age by the *tutelae iudicium*. **192.** It must, however, be allowed that the *legitima tutela* of a patron or a parent is of some real efficacy, in that such guardians are not compelled to give *auctoritas* for the making of a will, the alienation of *res mancipi*, or the incurring of obligations, except where a strong reason for alienating *res mancipi* or incurring obligations exists. All this is provided in the interest of the tutors themselves, in order that, being entitled to the inheritance of their wards should these die intestate, they may not be excluded from it by a will nor receive it rendered less lucrative by the alienation of the more valuable property or by debts incurred. **193.** Among peregrines women are not in *tutela* in the same way as with us; still, in general, they are in a sort of *tutela*: a law of the Bithynians, for example, ordains that if a woman enters into any transaction, it must be authorized by her husband or full-grown son.

194. Freeborn women are released from *tutela* in right of three children, freedwomen in right of four if they are in the *legitima tutela* of their patron or his children, but otherwise, if they have tutors of another sort, such as *Atiliani* or *fiduciarii*, in right of three children. **195.** A freedwoman may have a tutor of another sort in various ways; thus, if she has been manumitted by a woman, she must apply for a tutor under the *L. Atilia* or, in a province,

e lege Iul)ia et Titia; nam in patronae tutela esse non potest. **195a.** Item, si ⟨*sit a*⟩[1] masculo manumissa et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem haberc tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem a quo manumissa est, qui fiduciarius dicitur. **195b.** Item, si patron*us eiusue filius* in adoptionem se dedit, debet liberta *e lege Atilia uel Iulia et* Titia tut*orem* petere. **195c.** Similiter, ex isdem legibus petere debet tutorem *lib*erta, si patronus decesserit nec ullum uirilis sexus liberorum in familia re*liquer*it. **196.** Masculi *autem cum* puberes esse coeperi*nt* tutela liberantur. p*uberem autem* Sabinus quidem et Cas*s*ius ceterique nostri praeceptores eum esse putan*t* qui habitu corporis pubertatem ostendit, id est, eum qui generare potest; sed in his qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spectandam cuius aetatis puberes fiunt. sed diuersae scholae auctores annis putant puber-
V p. 53 tatem aestimandam, id est, eum puberem esse existimant *qui* / *XIIII annos expleuit*. . . .[2]

V p. 54 **197.** . . .[3] / aetatem peruener*it*, in qua res suas tueri possit, sicuti apud peregrinas gentes custodiri superius indicauimus. **198.** Ex isdem causis et in prouinciis a praesidibus earum curato*res* dari *sol*ent.[4]

199. Ne tamen et pupillorum et eorum qui in curatione sunt negotia a tutoribus curatoribusque consumantur aut deminuantur, curat praetor ut et tutores ⟨*et*⟩ curatores eo nomine satisdent. **200.** Sed hoc non est perpetuum; nam et tutores t*estamento* dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est, et curatores ad quos no*n* e lege curat*io* pertinet, sed ⟨*qui*⟩ uel a consule uel a praetore uel a praeside prouinciae *dan*tur, plerumque non coguntur satisdare, scil*i*cet quia satis hon*esti electi s*unt.[5]

---

[1] So Kübler. ⟨*a*⟩ *masculo manumissa* ⟨*fuerit*⟩ Krüger.

[2] The last letter of V p. 52 and the whole of 53 are illegible. Ulp. 11, 28: . . . *Proculeiani autem eum qui quattuordecim annos expleuit. uerum Priscus eum puberem esse in quem utrumque concurrit, et habitus corporis et numerus annorum.* This third view is probably also derived from the missing Gaian text.

[3] We lack the end of the discussion of termination of *tutela*: cf. Inst. 1, 22. Also all but the end of the treatment of *curatio*: cf. Inst. 1, 23; Ulp. 12; Epit. 1, 8. *superius*: presumably § 189.

[4] So Lachmann–Krüger. *uolunt* V.

[5] The rest of the page is blank. Cf. Apogr. xxviii, n.g.

under the *L. Iulia et Titia*, since she cannot be in the *tutela* of her patroness. **195a.** Again if, having been manumitted by a male and having with his *auctoritas* made a *coemptio*, she has then been remancipated and manumitted, she ceases to have her patron for tutor and now has him by whom she has been (secondly) manumitted, who is called a *fiduciarius tutor*. **195b.** Again, if her patron or his son has given himself in adoption, a freedwoman must apply for a tutor under the *L. Atilia* or *Iulia et Titia*. **195c.** A freedwoman must make a similar application under these *leges* if her patron dies leaving no issue of the male sex in the family. **196.** Males, on the other hand, are released from *tutela* when they reach puberty. Sabinus, Cassius, and the rest of our teachers consider that a boy reaches puberty when he shows the fact by his physical development, that is when he is capable of procreation, but in the case of those who cannot so develop, such as the naturally impotent, they hold that the normal age of puberty must be taken. The authorities of the other school consider that puberty must be judged simply by age, that is, they hold a boy to have reached puberty when he has reached the age of 14. . . .

197. . . . has reached an age at which he is capable of looking after his own affairs, a practice which, as we have pointed out above, is observed among peregrine peoples. **198.** On the same grounds curators are likewise appointed in the provinces by their governors.

199. Against the destruction or wasting by tutors and curators of the property of their wards or of those in their *curatio* the praetor requires both tutors and curators to give security. **200.** But not in every case. For neither are tutors appointed by will obliged to give security, their trustworthiness and diligence having been approved by the testator himself, nor, for the most part, are curators whose office does not devolve on them by statute, but who are appointed by a consul, praetor, or provincial governor, they of course having been selected as sufficiently trustworthy.

§ 195a. Cf. G. 1, 115. § 195b. Cf. Inst. 1, 22, 4 in fin. § 195c. Cf. G. 1, 165. 179. § 196. Cf. G. 1, 144. 145. 168. Inst. 1, 22 pr. Ulp. 11, 28. §§ 197–8. Cf. G. 1, 189; 4, 85. Inst. 1, 23. Hist. Aug. M. Ant. 10, 12. §§ 199–200. = Inst. 1, 24 pr. *a consule*: Inst. 1, 20, 3.

CONTENTS OF BOOK II

⟨COMMENTARIUS SECUNDUS⟩

V p. 55 **1.** / *Superiore commentario de iure personarum*[1] exposuimus; modo uideamus de rebus. quae uel in nostro patrimonio sunt uel extra nostrum patrimonium habentur.

2. Summa itaque rerum diuisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. **3.** Diuini iuris sunt ueluti res sac*rae* et religiosae. **4.** Sacrae sunt quae diis superis consecratae sunt, religiosae quae diis Manibus relictae sunt. **5.** Sed sacrum quidem hoc solum existimatur quod *ex* auctoritate populi Romani consec*rat*um est, ueluti lege de ea re lata aut senatusconsulto facto. **6.** Religiosum uero nostra uoluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat. **7.** Sed in prouinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in eo solo dominium populi Romani est uel Caesaris, nos autem possessionem tantum uel[2] usumfructum habere uidemur. utique tamen, etiamsi non sit religiosu*m*, pro rel*ig*ioso habetur. **7a.** Item quod in prouinciis[3] non ex auctoritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur. **8.** Sanctae quoqu*e* res, uelut muri et portae, quodammodo diuini iuri*s* s*unt*. **9.** Quod autem *di*uini
V p. 56 iuri*s* est, id nullius in bonis est, id uero quod humani / *iuris est plerumque alicuius in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse. nam res hereditariae, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt*. . . . . ue domino.[4] **10.** Hae autem quae humani iuris sunt, *aut pu*blic*ae sunt* aut priuatae. **11.** Quae publicae sunt nul*lius ui*dentur in bonis esse; ipsius enim uniuersitatis *esse* cre*dun*t*ur*. priuatae sunt quae singulorum homin*um sunt*.

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. **13.** ⟨*Corporales*⟩ hae ⟨*sunt*⟩[5] quae tangi possunt, uelut

---

[1] Line 1 illegible. Restoration from Inst., with the Gaian *commentario* for *libro*.

[2] *uel* V. *et* Kübler.

[3] *in prouinciis* gloss according to Mommsen.

[4] The first 11 lines of V p. 56 are illegible. The first 3 lines or so can be restored, as above, from D. 1, 8, 1 pr. It is conjectured that in the remaining 8 lines further examples of *res* which are *nullius* but *humani iuris—ferae bestiae, res derelictae, serui sine domino*—were given (Krüger), or that *res hereditariae* were further explained (Huschke: cf. Epit. 2, 1, 1).

[5] Cf. Gaius D. 1, 8, 1, 1. Inst. 2, 2, 1.

---

§ 1. = Inst. 2, 1 pr. §§ 2–3. = D. 1, 8, 1 pr. Cf. Inst. 2, 1, 7. §§ 4–5. Cf. Inst. 2, 1, 8. § 6. Cf. Inst. 2, 1, 9. § 7. Cf. G. 1, 6; 2, 14a.

BOOK II

1. In the preceding book we treated of the law of persons. Let us now consider things. These are either in private ownership or regarded as outside private ownership.

2. The leading division of things is into two classes: they are subject either to divine right or to human. **3.** Subject to divine right are *res sacrae* and *res religiosae*. **4.** *Res sacrae* are those consecrated to the gods above; *res religiosae* are those dedicated to the gods below. **5.** That alone is considered *sacrum* which has been consecrated under the authority of the Roman people, for instance by *lex* or senatusconsult passed to that effect. **6.** On the other hand, a thing is made *religiosum* by the act of a private person, when he buries a corpse in his own land, provided that the dead man's funeral is his affair. **7.** In the provinces, however, the general opinion is that land does not become *religiosum*, because the ownership of provincial land belongs to the Roman people or to the emperor, and individuals have only possession and enjoyment of it. Still, even if it be not *religiosum*, it is considered as such. **7a.** Again, though a thing consecrated in the provinces otherwise than under the authority of the Roman people is not strictly *sacrum*, it is nevertheless considered as such. **8.** Moreover *res sanctae*, such as the walls and gates of a city, are in a manner subject to divine right. **9.** Now what is subject to divine right cannot belong to anyone, whereas what is subject to human right belongs in general to someone, though it may belong to no one: thus, things forming part of a deceased's estate belong to no one until someone qualifies as heir. . . . **10.** Things subject to human right are either public or private. **11.** Public things are regarded as belonging to no individual, but as being the property of the corporate body. Private things are those belonging to individuals.

12. Further, things are divided into corporeal and incorporeal. **13.** Corporeal things are tangible things, such as land, a slave,

---

21. 27. 31. 46. *possessionem uel usumfructum*: Edictum § 71. § 8. = Inst. 2, 1, 10 (D.). § 9. = D. 1, 8, 1 pr. Cf. Inst. 2, 1, 7. G. 3, 97. *res hereditarias*: G. 2, 52 sq.; 3, 201. §§ 10–11. = D. 1, 8, 1 pr. Cf. Inst. 2, 1, 6. Ulp. D. 50, 16, 15. §§ 12–14. = Inst. 2, 2 (D.).

fundus, homo, uestis, aurum, argentum, et denique aliae res innumerabiles. **14.** Incorporales *sunt* quae tangi non possunt, qualia sunt ea quae iure[1] consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem per(*tinet quod in hereditate res corporales con*)tinentur, et fructus qui ex fundo percipiuntur corporales *sunt*, et quod ex aliqua obligatione nobis
V p. 57 debetur, *id* / plerumque corporale *est*, *ueluti* fundus, homo, pecunia: nam ipsum ius successionis et ipsum ius utendi fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum.[2] *praediorum urbanorum iura sunt uelut ius* altius tollendi *aedes et officiendi* luminibus uicini aedium *aut* non extollendi, ne luminibus uicini officiatur; item fluminum et stilicidiorum *ius*, *id est*[3] ut *uicinus flumen uel stilicidium in* aream *uel in aedes suas recipiat; item cloacae immittendae et luminum immittendorum. praediorum rusticorum iura sunt uelut uia, iter, actus; item pecoris ad aquam adpulsus; item* ius aquae ducendae. *haec iura tam rusticorum quam urbanorum praediorum* seruitutes uocantur.

14a.[4] *Est etiam alia rerum diuisio: nam aut mancipi sunt aut* nec mancipi. mancipi *sunt uelut fundus in Italico solo*, item aedes in Italico solo, *item serui et* ea *animalia quae collo dorsoue domari solent, uelut boues, equi, muli, asini; item seruitutes praediorum rusticorum. nam seruitutes* praediorum urbanorum nec mancipi *sunt.* (**15.**) item stipendiaria praedia et tributaria nec mancipi sunt. **15.**[4] Sed quod diximus *ea animalia quae domari solent* mancipi esse, *quomodo intellegendum sit quaeritur, quia non statim ut nata sunt domantur.*
V p. 58 *et nostrae quidem scholae auctores* / statim ut nata sunt mancipi esse putant; Nerua uero et Proculus et ceteri diuersae scholae auctores non aliter ea mancipi esse putant quam si domita sunt, et, si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc uideri mancipi esse incipere, cum ad eam aetatem peruenerint qua domari solent. **16.** *Item* ferae bestiae nec mancipi sunt, uelut ursi, leones, item ea animalia quae fere bestiarum numero sunt, uelut elephanti et

---

[1] *in iure* D., Inst., Epit. So Kübler.

[2] At this point D. and Inst. add: *quae etiam seruitutes uocantur.* Krüger's conjectural restoration of the rest of the section (Epit. 2, 1, 3; cf. Gaius D. 8, 2, 2), which for convenience we have placed in our text, defers the remark to the end. Cf. Apogr.

[3] *idem* (?) *ius ut* V.

[4] Krüger's conjectural restorations adopted in this section.

---

§ 14a. Cf. G. 1, 120, &c. *iura praediorum*: G. 2, 17. 29. *stipendiaria et tributaria*: G. 2, 7, &c. § 16. *ferae bestiae*: G. 3, 217.

a garment, gold, silver, and countless other things. **14.** Incorporeal are things that are intangible, such as exist merely in law, for example an inheritance, a usufruct, obligations however contracted. It matters not that corporeal things are comprised in an inheritance, or that the fruits gathered from land (subject to a usufruct) are corporeal, or that what is due under an obligation is commonly corporeal, for instance land, a slave, money; for the rights themselves, of inheritance, usufruct, and obligation, are incorporeal. Incorporeal also are rights attached to urban and rural lands. Examples of the former are the right to raise one's building and so obstruct a neighbour's lights, or that of preventing a building from being raised lest neighbouring lights be obstructed, also the right that a neighbour shall suffer rain-water to pass into his courtyard or into his house in a channel or by dripping; also the right to introduce a sewer into a neighbour's property or to open lights over it. Examples of rights attached to rural lands are the various rights of way for vehicles, men, and beasts; also that of watering cattle and that of watercourse. Such rights, whether of urban or rural lands, are called servitudes.

14a. Things are further divided into *mancipi* and *nec mancipi*. *Mancipi* are lands and houses on Italic soil; likewise slaves and animals that are commonly broken to draught or burden, such as oxen, horses, mules, and asses; likewise rustic praedial servitudes, whereas urban praedial servitudes are *nec mancipi*. (**15.**) *Nec mancipi* also are stipendiary and tributary lands. **15.** But the effect of the statement we have made, that animals commonly broken to draught or burden are *mancipi*, is disputed, because they are not broken in at once on birth. The writers of our school hold that they are *mancipi* as soon as born, but Nerva, Proculus, and the other authorities of the opposing school hold that they become *mancipi* only when they have been broken in, or, if they cannot be broken in owing to their extreme wildness, that they become *mancipi* when they reach the usual age for breaking in. **16.** Further, wild beasts such as bears and lions are *nec mancipi*, as are animals such as elephants and camels which are in much the same category;

cameli; et ideo ad rem non pertinet quod haec animalia etiam collo dorsoue domari so*lent*; nam ne nom*en*[1] quidem eorum animalium illo tempore fuit, quo constituebatur quasdam res mancipi esse, quasdam n*ec* mancip*i*. **17.** Item fere omnia quae incorporalia sunt nec mancipi sunt, exceptis seruitutibus praediorum rusticorum; nam eas mancipi esse constat, quamuis sint ex numero rerum incorporalium.

18. Magna autem differentia est inter mancipi res et nec mancipi. **19.** Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem. **20.** Itaque, si tibi uestem uel aur*um* uel argentum tradidero, *s*iue ex uenditionis causa siue ex donationis siue quauis alia ex causa, statim tua fit ea res, si modo ego eius dominus sim. **21.** *I*n eadem
V p. 59 / causa sunt prouincial*ia* praedia, quorum alia stipendiaria, alia tributaria uocamus. stipendiaria sunt ea quae in his prouinciis sunt quae propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea quae in his prouinciis sunt quae propriae Caesaris esse creduntur. **22.** Mancipi uero res sunt quae per mancipationem ad alium transferuntur; unde etiam mancipi res sunt dictae. quod autem ualet mancipatio, ⟨*idem ualet et in iure cessio.* **23.** *Et mancipatio*⟩[2] quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus. **24.** In iure cessio autem hoc modo fit: apud magistratum populi Romani, uel*uti* praetore*m*,[3] is cui res in iure ceditur rem tenens ita dicit: HUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO; deinde, postquam hic uindicaue*rit*, *praetor inter*rogat eum qui cedit, an contra uindicet; quo negante aut tacente, tunc ei qui uindicauerit eam rem addicit; idque legis actio uocatur. hoc fieri potest etiam in prouinciis, apud praesides earum. **25.** Plerumque tamen, et fere semper, mancipationibus utimur. quod enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc non est necesse cum maiore difficultate apud praetorem aut apud praesidem prouinciae agere. **26.** Quodsi neque mancipata neque in iure cessa

[1] *nomen*: *nom* read by Studemund, who says that *notio* or *notitia* are impossible. Kübler: *notitia*. Krüger: *nomen . . . tempore ⟨notum⟩ fuit.*

[2] The usual restoration.

[3] *ueluti praetorem* Krüger. *uꝑr · uaꝑr · praesidem prouinciae* V. *uel apud praetorem uel apud praesidem prouinciae* Boethius. But the mention of the *praeses* is probably gloss: see the end of the section. Kübler: *uelut praetorem urbanum aut peregrinum.*

§ 17. Cf. G. 2, 14. 14a. 28. 29. § 19. Cf. Inst. 2, 1, 40 sq. *si modo corporales*: G. 2, 28. § 20. Cf. Paul D. 41, 1, 31 pr. *ex uenditionis causa*:

thus it does not matter that these last are commonly broken to draught or burden; for their very names did not exist in the times when the distinction between *res mancipi* and *nec mancipi* was being settled. **17.** Also *nec-mancipi* are almost all incorporeal things, except rustic praedial servitudes, which, it is settled, are *mancipi*, though they are in the category of incorporeal things.

18. Now there is an important difference between *res mancipi* and *nec mancipi*. **19.** For *res nec mancipi* become the full property of another by mere delivery, provided that they are corporeal and thus admit of being delivered. **20.** Thus, if I deliver a garment or gold or silver to you, whether on account of a sale or a gift or any other title, it at once becomes yours, provided only that I am its owner. **21.** The same applies to provincial lands, some of which we call stipendiary and others tributary. Stipendiary are lands in the provinces that are considered as belonging to the Roman people, tributary those in the provinces that are held to belong to the emperor. **22.** *Res mancipi*, on the other hand, are those things that are conveyed by mancipation; and that is why they are called *mancipi*. But *in iure cessio* (surrender in court) is as effective as mancipation. **23.** How mancipation is performed we have explained in the previous book. **24.** *In iure cessio* is performed as follows: in the presence of a magistrate of the Roman people, such as a praetor, the party to whom the surrender is being made, holding the thing, says: 'I declare that this slave is mine by Quiritary title'; then, after this vindication, the praetor asks the surrenderor whether he makes counter-vindication and, on his replying in the negative or keeping silence, adjudges the thing to the vindicant. This procedure is called a *legis actio*. It can also be performed in a province before the governor. **25.** Usually, however, indeed nearly always, we use mancipation, since there is no need for us to do with greater difficulty before a praetor or provincial governor what we can do for ourselves in the presence of friends. **26.** But if instead of being mancipated or surrendered

---

Inst. 2, 1, 41. § 21. Cf. G. 2, 7, &c. Inst. 2, 1, 40. § 22. Cf. G. 1, 119 sq.; 2, 41. 204. § 23. Cf. G. 1, 119, &c. § 24. Cf. G. 1, 134; 2, 65, 96. § 26. Cf. G. 2, 41, &c.

V p. 60 sit res mancipi / . . .[1] / . . . **27.** . . . *Praeterea admo*nendi sumus,
V p. 61 *quod ueteres dicebant soli Italici nexum* esse, prouincialis soli nexum non e*sse*, *hanc habere* significationem: solum *Italicum* mancipi *esse*, prouinciale nec mancipi e*sse*. aliter enim ueteri lingua a*ct*us *uocatur*, *et quod illis nexus*, *idem nobis* e*st* mancipa*tio*.[2]

28. ⟨*Res*⟩ incorporales traditionem non recipere manifestum est. **29.** Sed iura praediorum urbanorum in iure cedi ⟨*tantum*⟩ possunt, rusticorum uero etiam mancipari possunt. **30.** Ususfructus in iure cessionem tantum recipit. na*m* dominus proprietatis alii usumfructum in iure cedere pote*st*, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprietatem *retineat*. ipse usufructuarius in iure cedendo domino proprietatis usumfructum efficit ut a se discedat et conuertatur in proprietatem; alii uero in iure cedendo nihilo minus ius su*u*m retine*t*; creditur enim ea cessione nihil agi. **31.** Sed haec scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia et ipsa praedia mancipa-
V p. 62 tionem / et in iure cessionem recipiunt. alioquin in prouincialibus praediis siue qu*i*s usumfructum siue ius eundi agendi aquamue ducendi uel altius tollendi aedes aut non tollendi, ne luminibus uicini officiatur, ceteraque similia iura constituere uelit, pactionibus et s*t*ipulationibus id efficere potest, quia ne ipsa quidem praedia mancipationem aut ⟨*in*⟩ iure cessionem recipiun*t*. **32.** *Sed*[3] cum ususfructus et hominum et ceterorum animalium constitui possit, intellegere debemus ho*r*um usumfructum etiam in prouinciis per in iure cessionem constitui posse. **33.** Quo*d* autem diximus usumfructum in iure cessionem tantum recipere, non est temere dictum, qu*amui*s etiam per mancipationem constitui possit, eo quod in mancipanda proprietate detrahi potest; non enim ipse ususfructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo fit ut apu*d* alium ususfructus, apud alium proprietas sit.

34. Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit.

---

[1] So little of V 60 can be read that reconstruction is abandoned: see Apogr. and Suppl. Probably its first words were: *sed tantum tradita*, and then the legal result was stated, though 2, 41 gives no indication of a previous explanation. Other topics were probably the *ius commercii* and the method of conveying *solum prouinciale*. Cf. Ulp. 19, 4. 5: *Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et Latinos colonarios Latinosque Iunianos eosque peregrinos quibus commercium datum est. Commercium est emendi uendendique inuicem ius.*

[2] Not much of the first 8 lines of V 61 is legible, but the reading gradually improves. The reconstruction, of course very conjectural, adopted above, of lines 8–12 was suggested by Beseler, SZ 1925, 414; approved by Kübler.

[3] *recipiuntur et* V.

---

§ 27. Cf. G. 2, 7, &c. Frontinus, Gromatici Ueteres (ed. Lachmann) p. 36 (Bruns 2, 86). § 28. Cf. G. 2, 19. § 29. Cf. G. 2, 17. Inst. 2, 3, 4.

in iure a *res mancipi* (is merely delivered,) . . . **27.** . . . We must further note that the saying of the old lawyers, that there is *nexus* of Italic, but not of provincial land, means that Italic land is *mancipi* and provincial *nec mancipi*. For in ancient speech the act had a different name, and what for them was *nexus* is for us *mancipatio*.

28. That incorporeal things do not admit of delivery is obvious. **29.** But while urban praedial servitudes can only be surrendered *in iure*, rustic can also be mancipated. **30.** Usufruct is susceptible only of *in iure cessio*. For an owner can cede *in iure* to another person the usufruct of his thing, so that the other gets the usufruct whilst he himself retains bare property. If in his turn the usufructuary cedes the usufruct *in iure* to the owner of the property, he causes the usufruct to pass away from himself and to merge in the property; but if he makes the *cessio* to a third party, he retains his right none the less, it being held that such a *cessio* is of no effect. **31.** But these statements hold good in regard to Italic lands, because the lands themselves are susceptible of mancipation and *in iure cessio*. If, on the other hand, it is over provincial lands that a man wishes to create a usufruct, rights of way for man or beast, a right of watercourse, a right to raise buildings or to prevent buildings being raised to the detriment of neighbouring lights, or any similar rights, he can effect his purpose (only) by means of pacts and stipulations, because the lands themselves are not susceptible of either mancipation or *in iure cessio*. **32.** But as usufruct can be created over slaves and animals generally, it should be understood that even in the provinces this can be done by *in iure cessio*. **33.** Our statement that usufruct admits only of *in iure cessio* was made advisedly, although it can be created by means of mancipation also, in the sense that it can be deducted in mancipating the property; for though the usufruct is not mancipated, yet the result of its being deducted in a mancipation of the property is that the usufruct is vested in one person and the property in another.

34. An inheritance likewise is susceptible only of *in iure cessio*.

---

§ 30. Cf. Inst. 2, 4, 1. *cedendo domino*: Inst. 2, 4, 3. Inst. 2, 3, 4. 2, 4, 1. § 31. Cf. G. 2, 7, &c. § 32. Cf. Inst. 2, 4, 2. § 33. Cf. G. 2, 30. Inst. 2, 4, 1. § 34. *Hereditas*: G. 2, 14. 54.

35. Nam si is ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas in iure eam alii ante aditionem cedat, id est antequam heres extiterit, proinde fit heres is cui in iure cesserit ac si ipse per legem ad here*dita*tem uocatus esset; post obligationem uero si cesserit,
V p. 63 nihilo minus ipse / heres permanet et ob i*d*[1] creditoribus tenebitur, debita uero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt; corpora uero eius hereditatis p*ro*inde transeunt ad eum cui cessa est hereditas ac si ei singula in iure cess*a* fuissent. **36.** Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii nihil agi*t*; postea uero quam adierit si cedat, ea accidunt quae proxime diximus de eo ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, si post obligationem ⟨*in*⟩[2] iure cedat. **37.** Idem et de necessariis heredibus diuersae scholae auctores existimant, quod nihil uidetur interesse utrum ⟨*aliquis*⟩ adeundo hereditate*m* fiat heres an inuitus exist*at*: quod quale sit, suo loco apparebi*t*. sed nostri praeceptores putant nihil agere necessarium heredem cum in iure cedat hereditatem.

38. Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt. nam quod mihi ab aliquo debetur, id si uelim tibi deberi, nullo eorum modo quibus res corporales ad alium transferuntur id efficere possu*m*,[3] sed opus est ut iubente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit ut a me liberetur et incipiat tibi teneri; quae dicitur nouatio obligationis. **39.** Sine uero hac nouatione non poteri*s* tuo
V p. 64 nomine agere, sed debes ex persona mea quasi cognitor / aut procura*t*or meus experiri.

40. Sequitur ut admoneamus apud peregrinos quidem unum esse dominium: nam aut dominus quisque est aut dominus non intellegitur. quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Qui*ritium* unusquisque dominus erat aut non intellegebatur dominus. sed postea diuisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. **41.** N*am* si tibi rem mancipi neque mancipauero neque in iure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficitur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec tu eam possidendo

---

[1] *id a* V. Cf. 3, 85.
[2] Cf. 2, 31, i. f.
[3] *possumus* V.

---

§ 35. Cf. G. 3, 85. § 36. Cf. G. 3, 86. § 37. Cf. G. 3, 87. *suo loco*: G. 2, 152 sq. § 38. Cf. G. 2, 14. 19. 28; 3, 176. Also 3, 130. § 39. Cf. G. 2, 252 fin.; 4, 82. 86. § 40. Cf. G. 1, 17. 35. 54. 167; 2, 88; 3, 166. C. 7, 25, 1 (A.D. 530–1). § 41. Cf. G. 2, 26. 204; 3, 80; 4, 36.

35. For if one on whom an inheritance devolves by the statute-law of intestacy, before accepting it, that is before he qualifies as heir, surrenders it *in iure* to another, the surrenderee becomes heir exactly as if he had himself been called to the inheritance by the statute. But if the heir surrenders after accepting responsibility, he remains heir himself none the less, and will thus be liable to the creditors of the inheritance, whereas the debts due to it are wiped out and so the debtors of the inheritance are the gainers. But the corporeal things in the inheritance pass to the surrenderee exactly as though they had been surrendered to him *in iure* one by one. **36.** *In iure cessio* of an inheritance by a testamentary heir is of no effect if made before his acceptance of the inheritance; if made after his acceptance, it has the same effects as those we have just mentioned in the case of a statutory heir by intestacy, if he surrenders *in iure* after accepting responsibility. **37.** The writers of the opposite school hold the same in the case of involuntary heirs, because they see no difference between one who becomes heir by acceptance and one who becomes such without choice; this distinction will be explained in the proper place. But our teachers regard *in iure cessio* of an inheritance by an involuntary heir as of no effect.

38. Obligations however contracted are susceptible of none of these modes of transfer. For if I wish a debt owed by someone to me to be owed to you, I can effect my purpose by none of the methods whereby corporeal things are conveyed, but it is necessary that you should on my instruction take a stipulatory promise from the debtor. The result will be that he will be released from me and become liable to you. This is called a novation of the obligation. **39.** Without such a novation you will not be able to sue for the debt in your own name, but must proceed in my name as my *cognitor* or *procurator*.

40. Next we must observe that among *peregrini* there is only one ownership: a man either is owner or is not considered owner. In olden times the Roman people followed the same principle: a man was either owner *ex iure Quiritium* or not considered owner at all. But afterwards ownership was made divisible, so that one man may be owner by Quiritary title and another by bonitary. **41.** Thus, if I neither mancipate nor surrender *in iure*, but merely deliver a *res mancipi* to you, it becomes yours by bonitary title, but will remain mine by Quiritary until you have usucapted it by posses-

usucapias. semel enim impleta usucapione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure Quiritium, tua res esse ac si ea mancipata uel in iure cessa ⟨*esset*.

42. *Usucapio autem*⟩ mobilium quidem rerum anno completur, fundi uero et aedium biennio; et ita lege XII tabularum cautum est.

43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis competit quae non a domino nobis traditae fuerint, siue mancipi sint eae res siue nec mancipi, si modo eas bona fide acceperimus, cum crederemus eum qui traderet dominum esse. **44.** Quod ideo receptum uidetur, ne rerum dominia diutius in incerto essent, cum sufficeret domino
V p. 65 ad inquirendam rem suam anni aut / biennii spatium, quod tempus ad usucapionem possessori tributum est.

45. Sed aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, non tamen illi usucapio procedit, uelut si quis rem furtiuam aut ui possessam possideat; nam furtiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam lex Iulia et Plautia. **46.** Item prouincialia praedia usucapionem non recipiunt. **47.** ⟨*Item olim*⟩ mulieris[1] quae in agnatorum tutela erat res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore ⟨*auctore*⟩ traditae essent; id ita lege XII tabularum *cautum erat*.[2] **48.** Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est. **49.** Quod ergo uulgo dicitur, furtiuarum rerum et ui possessarum usucapionem per legem XII tabularum prohibitam esse, non eo pertinet ut ne *ipse fur quiue* per uim *possi*det[3] usucapere possit (nam huic alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet), sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit, usucapiendi ius habeat. **50.** Unde in rebus mobilibus non facile *procedit ut bonae fidei possessori usucapio com*petat,[3] quia qui alienam rem uendidit et tradidit, furtum committit, idemque accidit etiam si ex alia causa tradatur. sed tamen hoc aliquando aliter se habet: nam si heres rem defuncto commodatam aut loca-
V p. 66 tam uel apud eum depositam,[4] existimans eam esse here/ditariam,

[1] So Goeschen and generally. *res mulieris* V.

[2] *cautum erat*: *mf.* or *caf* V. Cf. Apogr. 259.

[3] Inst. 2, 6, 3.

[4] *uel aput eundem positam* V, which may be right, but the text of Inst. 2, 6, 4 is usually adopted.

§ 42. Cf. G. 2, 54. 204. XII Tabb. 6, 3 (Textes 15. Bruns 1, 25). Inst. 2, 6 pr. C. 7, 31, 1 (A.D. 531).

§§ 43–4. Cf. G. 2, 49. Inst. 2, 6 pr. § 45. Cf. G. 2, 49. Inst. 2, 6, 1. 2. Lex Atinia (Textes 32. Bruns 1, 47) 150 B.C.? *lex Iulia*: probably of Augustus. *lex Plautia*: 78–63 B.C. § 46. Cf. G. 2, 7, &c. Inst. 2, 6 pr. C. 7, 31, 1 (A.D. 531). § 47. Cf. G. 1, 157. 192. Cic. ad Att. 1, 5, 6. § 48. Cf. Inst. 2, 6, 1.

sion; for once *usucapio* is completed it becomes yours by full title, that is by both bonitary and Quiritary, just as if it had been mancipated or surrendered *in iure*.

42. Usucapion of movables is completed in one year, of lands and buildings in two: so the law of the Twelve Tables provides.

43. We may also acquire by usucapion things which have been delivered to us by one who is not their owner, whether they be *mancipi* or *nec mancipi*, provided we have received them in good faith, believing the deliverer to be their owner. **44.** This system appears to have been adopted in order to obviate the ownership of things being uncertain for too long, the periods of one or two years appointed for usucapion by the possessor being sufficient for the owner to seek out his property.

45. But sometimes, though a man possess another's property in the best of faith, usucapion does not run in his favour, for example if he is in possession of a thing which has been stolen or taken by violence; for the law of the Twelve Tables forbids usucapion of a stolen thing, and the *L. Iulia et Plautia* that of a thing taken by violence. **46.** Again, provincial lands are not susceptible of usucapion. **47.** Again, in former times the *res mancipi* of a woman who was in the *tutela* of her agnates could not be acquired by usucapion, except where she had delivered them with the *auctoritas* of her tutor; this was provided by the law of the Twelve Tables. **48.** Again, it is obvious that free men and *res sacrae* or *religiosae* cannot be acquired by usucapion. **49.** The saying that the usucapion of things stolen and of things taken by violence is forbidden by the law of the Twelve Tables does not mean that the actual thief or violent taker is unable so to acquire (for to him usucapion is closed for another reason, namely that he possesses in bad faith); what it means is that no further person, though he have bought from him in good faith, has the right so to acquire. **50.** Consequently in the case of movables it does not readily happen that usucapion is open to their possessor in good faith, seeing that one who sells and delivers another's property commits theft; and the same is equally true of delivery on some other account. Still, sometimes it is otherwise: thus, if an heir sells or makes a gift of a thing lent or hired to or deposited with

---

§ 49. = Inst. 2, 6, 3. *bona fide*: G. 2, 43. § 50. = Inst. 2, 6, 3 med.–6. *sine affectu*: G. 3, 197. 208; 4, 178.

uendiderit aut donauerit, furtum non committit; item, si is ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum et*iam* suum esse credens, uendiderit aut donauerit, furtum non committit; *f*urtum enim sine adfectu furandi non committitur. aliis quoque modis accidere potest ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat ut a possessore usucapiatur. **51.** Fundi quoque alieni potest aliquis *s*ine ui possessionem na*n*cisci, quae uel ex neglegentia domini uacet, uel quia dominus sine successore decesserit uel longo tempore afuerit; *qu*am[1] si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamuis ipse qui uacantem possessionem nactus est intellegat alienum esse fun*d*um, *tamen* nihil ho*c bonae fidei* possess*o*ri ad usucapionem noce*t*, ⟨*cum*⟩ impro*b*ata sit eorum se*n*tentia qui putauerint furt*iuum* fundum fieri po*ss*e.

52. Rursus ex contrario accidit ut qui sciat alienam rem se possidere usucapiat, ueluti si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est, aliquis poss*e*derit. nam ei concessum ⟨*est usu*⟩capere, si modo ea res est quae recipit usucapionem. quae species possessionis et usucapionis pro herede uocatur. **53.** Et in
V p. 67 tantum haec usucapio concessa est, / ut et res quae solo continentur anno usucapiantur. **54.** Quare autem *hoc casu etiam* soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possessione *uel*ut ipsae[2] hereditates usucapi credebantur, scilicet anno. lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras uero anno. ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est. ⟨*et*⟩ quamuis postea creditum sit ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo ten*e*ntur, annua usucapio remansit. **55.** Quare autem omnino tam improba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius hereditates adiri, ut essent qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa obseruatio fuit, *e*t *ut*[3] creditores haberent a quo suum consequerentur. **56.** Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucratiua uocatur; nam sciens quisque rem alienam lucri facit. **57.** Sed hoc tempore *i*am non est

[1] *nam* V.
[2] So Krüger. *possessiones ut ipsae* V.
[3] So Krüger. *ut et* V: so Kübler.

§ 51. = D. 41, 3, 37, 1. Cf. Inst. 2, 6, 7. *eorum sententia*: Sabinus'—Gell. 11, 18, 13. § 52. Cf. G. 3, 201. *si modo ea res est*: G. 2, 45 sq. §§ 53–4. Cf. G. 2, 9. 14. 42. § 55. Cf. Cic. de leg. 2, 19, 48.

the deceased in the belief that it belongs to the inheritance, he does not commit theft; neither does one who having a usufruct over a female slave sells or makes a gift of her offspring in the belief that it too belongs to him; for theft is not committed in the absence of theftous intention. And there are other occasions on which a man may transfer the property of another without taint of theft and enable the possessor to acquire it by usucapion. **51.** It may happen also that a man may without violence take possession of another's land, which is lying vacant, either through the owner's neglect, or because the owner has died without a successor or has been absent for a considerable time; if the taker transfers this possession to one who receives it in good faith, the transferee will be able to acquire the land by usucapion; and even though he who took the vacant possession knows that the land is another's, this is no obstacle to usucapion by the *bona fide* possessor, since the opinion once held that land can be stolen has been exploded.

52. On the other hand, there are cases where one who knows that he is in possession of another's property will acquire it by usucapion. Thus, where a man takes possession of a thing which belongs to an inheritance, but of which the heir has not yet obtained possession, he is allowed to acquire it by usucapion, provided that it is a thing that is susceptible of usucapion. This kind of possession and usucapion is termed *pro herede* (as heir). **53.** So liberally is this kind of usucapion allowed, that even land is thereby acquired in one year. **54.** The reason why in this case usucapion of land as well as of other things in one year has been admitted is that in former times through the possession of things comprised in an inheritance the inheritance itself was deemed to be acquired by usucapion, and this in one year. For the law of the Twelve Tables laid down that lands should be acquired by usucapion in two years and other things in one. Thus an inheritance, not being land, indeed not even corporeal, was held to be among other things. And though later it was held that an inheritance itself could not be acquired by usucapion, yet usucapion in one year survived for everything, including land, comprised in an inheritance. **55.** That so dishonest a possession and usucapion should have been allowed at all is explained by the fact that the ancient lawyers wished inheritances to be accepted promptly, in order that there should be persons to carry on the family cults (*sacra*), to which the greatest importance was attached in those days, and in order that the creditors (of the inheritance) should have someone from whom to obtain their due. **56.** This kind of possession and usucapion is also termed *lucratiua* (gainful), because by it a man knowingly makes gain out of another's property. **57.** But at the present day

lucratiua. nam ex auctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones reuocarentur. et ideo potest heres ab eo qui rem usucepit hereditatem petendo proinde eam rem consequi atque si
V p. 68 usucapta non esset. / **58.** Necessario[1] tamen herede extante nihil ipso iure prō herede usucapi potest. **59.** Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit. nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit uel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet[2] soli si sit. quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem. **60.** Sed cum[3] fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure aut cum amico, quo tutius nostrae res apud eum essent,[4] siquidem cum amico contracta sit fiducia, sane omni modo competit usureceptio, si uero cum creditore, soluta quidem pecunia omni modo competit, nondum uero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogauerit ut eam rem possidere liceret; quo casu lucratiua ususcapio competit. **61.** Item, si rem obligatam sibi populus uendiderit eamque dominus possederit, concessa est usureceptio; sed hoc casu[5] praedium biennio usurecipitur. et hoc est quod uulgo dicitur, ex praediatura possessionem usurecipi; nam qui mercatur a populo praediator appellatur.

62.[6] Accidit aliquando ut qui dominus sit alienandae rei pote-
V p. 69 statem non habeat, et qui dominus non sit / alienare possit. **63.** Nam dotale praedium maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius sit, uel mancipatum ei dotis causa uel in iure cessum uel usucaptum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia an etiam ad prouincialia pertineat, dubitatur. **64.** Ex diuerso, agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator *rem absentis*

[1] So Krüger. *esset et* / *Necessario* V. *esset.*⟨*Suo*⟩ *et necessario* Kübler, following Solazzi.

[2] *scilicet* ⟨*etiam*⟩ *soli* Krüger. *scilicet* ⟨*si mobilis sit, biennio*⟩ *soli* Kübler, following Beseler, Beitr. 2, 1, and in § 61: *sed* ⟨*et*⟩ *hoc casu.*

[3] *cum* om. Krüger. Cf. n. 4.

[4] *essent* V. *sint et* Krüger. Cf. n. 3.

[5] Cf. n. 2.

[6] Krüger places §§ 62–4 after § 79, so as, with §§ 80–5, to obtain correspondence with Inst. 2, 8. But Mommsen (Jur. Schr. 2, 41) and recent editors (Kübler, Girard, Kniep), as well as Gradenwitz, Bonfante, and Zanzucchi, do not agree.

§ 58. Cf. G. 2, 152 sq.; 3, 201. §§ 59–60. Cf. G. 2, 220; 4, 62. 182. §§ 62–3. = Inst. 2, 8 pr. § 64. *curator furiosi*: XII Tabb. 5, 7a (Textes 14. Bruns 1, 23). *procurator*: Inst. 2, 1, 42. 43. *creditor*: Inst. 2, 8, 1. Ulp. D. 13, 7, 4.

it is no longer *lucratiua*. For a senatusconsult passed on the authority of Hadrian has provided for such usucapions to be revoked. Thus, by *hereditatis petitio*, the heir can recover the thing from him who has acquired it by usucapion, just as if it had not been so acquired. **58.** However, if an involuntary heir exists, no usucapion *pro herede* is possible even at civil law. **59.** There are further cases in which a man knowingly acquires the property of another by usucapion. For if a man acquires possession of what he has mancipated or surrendered *in iure* to another by way of *fiducia* (trust), he can regain ownership of it by usucapion, and that in one year, even if it be land. This kind of usucapion is called *usureceptio*, because by the usucapion one recovers what one had previously owned. **60.** Now *fiducia* is contracted either with one's creditor by way of security or with a friend for the safer keeping of one's property in his hands. If it is contracted with a friend, *usureceptio* is allowed unconditionally, but if with a creditor, it is allowed unconditionally if the debt has been paid, but if the debt has not yet been paid, then only if the debtor has neither hired the thing from the creditor nor obtained his licence to possess it; in that case lucrative usucapion is admitted. **61.** Again, if a man obtains possession of property of his which has been mortgaged to the Roman people and sold by it, *usureceptio* is permitted; but in this case the period for land is two years. This is what is meant by the current saying that from *praediatura* there is *usureceptio*; for a purchaser from the people is called *praediator*.

62. It sometimes happens that an owner has not the power of alienation or that a non-owner has. **63.** Thus, a husband is forbidden by the *L. Iulia* to alienate dotal land without his wife's consent, although it belongs to him, having been acquired as *dos* by mancipation, *in iure cessio*, or usucapion. Whether this rule applies only to Italic lands, or to provincial as well, is doubtful. **64.** On the other hand, by the law of the Twelve Tables the agnate curator of a lunatic can alienate the lunatic's property; again a *procurator* who has been given full power of administration

cuius negotiorum libera administratio ei permissa[1] est; item creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit. sed hoc forsitan ideo uideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus est ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non soluatur.

65. Ergo, ex his quae diximus, apparet quaedam naturali *i*ure alienari, qualia sunt ea quae traditione alienantur, quaedam ciuili; nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est ciuium Romanorum.

66. Nec tamen ea tantum quae traditione nostra fiunt naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quae* occupando ideo *adqui*sierimus qui*a* antea nullius essent, qualia sunt omnia quae terra mar*i* caelo capiunt*ur*.[2] **67.** Itaque, si *fera*m bestiam aut uolucrem aut piscem c*eperimus*, *quidquid ita* captum *fuerit statim nostrum fit*, *et*
V p. 70 *eo us*que[2] nostrum esse intellegitur / donec nostra custodia coerceatur; cum uero custodiam nostram euaserit et in naturalem se libertatem *re*ceperit, rursus occupantis fit, quia nostr*um* esse desinit. naturalem autem libertatem recipere uidetur cum aut oculos nostros euaserit aut, licet *i*n conspectu sit nostro, difficilis tamen *eius* persecutio sit. **68.** In *h*is autem animalibus quae ex consuetudine abire et redire solent, ueluti columbis et apibus, item ceruis qui in siluas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupa*n*tium. reuertendi autem animum uidentur desinere habere cum reuertendi consuetudinem de*s*eruerint. **69.** Ea quoque quae ex hostibus capiuntur naturali ratione nostra fiunt.

70. Sed et id qu*od* per adluuionem nobis adicitur eodem iure nostrum fit. per adluuionem autem i*d* uidetur adici, quod ita paulatim flumen agro nostro *a*dicit, ut aestimare non possimus quantum quoquo momento temporis adiciatur. hoc est quod uulgo dicitur, per adluuionem id adici uideri, quod ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fallat. **71.** Itaque, si flumen partem aliquam ex tuo praedio re*s*ciderit et ad meum praedium pertulerit, haec pars tua

---

[1] Formulation of the sense by Krüger, from Inst. 2, 1, 43 and D. 41, 1, 9, 4 (Gaius, *Res cott.*). Mommsen (nearer the legible letters): *si quid ne corrumpatur distrahendum est* (Mod. D. 3, 3, 63).

[2] Goeschen's conjectures. There are others. The sense is certain: cf. Inst. 2, 1, 12 (Gaius).

---

§ 65. Cf. Inst. 2, 1, 11. §§ 66–8. Cf. Inst. 2, 1, 12 sq. § 69. Cf. Inst. 2, 1, 17. G. 4, 16 in fin. Celsus D. 41, 1, 51, 1. §§ 70–2. Cf. Inst. 2, 1, 20–2.

can alienate property of his absent principal, and a creditor can under his agreement alienate property pledged to him, although it is not his; but here the explanation may be that the pledge is deemed to be alienated with the assent of the debtor, he having previously agreed that the creditor should have power to sell the pledge, if the debt were not paid.

65. It appears, then, from what we have said, that alienation takes place sometimes under natural law, as where it is by delivery, and sometimes under civil law; for mancipation, *in iure cessio*, and usucapion are institutions confined to Roman citizens.

66. But it is not only those things that become ours by delivery that we acquire under natural law, but also those that we acquire by occupation (by being the first takers), because they were previously no one's property, for example everything captured on land, in the sea, or in the air. **67.** Thus, if we capture a wild animal, a bird, or a fish, what we so capture becomes ours forthwith and is held to remain ours so long as it is kept in our control; but when it escapes from our keeping and recovers its natural liberty, it is once more the property of the first taker, because it ceases to belong to us. It is deemed to recover its natural liberty when it has escaped from our sight or when, although it is still in sight, its pursuit is difficult. **68.** But as regards such animals as habitually haunt some place, for instance pigeons and bees, or deer haunting a wood, there is a traditional rule that they cease to be ours and belong to the first taker, if they have ceased to have the disposition to return. They are considered to have ceased to have this disposition when they have abandoned the habit of returning. **69.** By natural law also things captured from the enemy become ours.

70. Alluvial accretions to our land become ours, again by natural law. That is held to be an accretion by alluvion which a river adds to our land so gradually that it is impossible to estimate how much is being added at any particular moment; whence the common saying, that an addition is by alluvion if it is so gradual as to be invisible. **71.** Accordingly, if a river tears away a piece of your land and carries it down to mine, that piece

V p. 71 ma/net. **72.** At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis est qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident. si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet qui ab ea parte quae proxima est iuxta ripam praedia habent. **73.** Praeterea, id quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamuis ille suo nomine aedificauerit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit. **74.** Multoque magis id accidit et in planta quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. **75.** Idem contingit et in frumento quod in solo nostro ab aliquo satum fucrit. **76.** Sed si ab eo petamus fundum uel aedificium, et impensas in aedificium uel in seminaria uel in sementem factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fuerit. **77.** Eadem ratione probatum est, quod in cartulis siue membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae cartulis siue membranis cedunt. itaque, si ego eos libros easuc membranas petam, nec impensam scripturae soluam, per exceptionem doli mali summoueri potero. **78.** Sed si in tabula mea aliquis pinxerit

V p. 72 ueluti imaginem, contra probatur; / magis enim dicitur tabulam picturae cedere. cuius diuersitatis uix idonea ratio redditur. certe secundum hanc regulam, si me possidente petas imaginem tuam esse, nec soluas pretium tabulae, potcris per exceptionem doli mali summoueri; at si tu possideas, consequens est ut utilis mihi actio aduersum te dari debeat;[1] quo casu, nisi soluam impensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fueris. illud palam est, quod siue tu subripueris tabulam siuc alius, competit mihi furti actio.

79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur. proinde si ex uuis ⟨*aut oliuis aut spicis*⟩[2] meis uinum aut oleum aut frumentum feceris, quaeritur utrum meum sit id uinum aut oleum aut frumentum, an tuum. itcm si ex auro aut argento[3] meo uas aliquod feceris, ucl ex tabulis meis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris, item si ex lana mea uestimentum feceris, uel si ex uino et melle meo mulsum feceris, siue ex medicamentis meis emplastrum uel collyrium feceris, ⟨*quaeritur utrum tuum sit id quod ex meo*

[1] *dari debet* V. *detur* Inst. 2, 1, 34.
[2] Cf. D. 41, 1, 7, 7.
[3] *argumento* V. Cf. infra 4, 48.

§ 73. Cf. Inst. 2, 1, 30. §§ 74–6. Cf. Inst. 2, 1, 31. 32. § 77. Cf. Inst. 2, 1, 33.
§ 78. Cf. Inst. 2, 1, 34. *furti actio*: G. 3, 203. *condici*: G. 4, 4.
§ 79. Cf. Inst. 2, 1, 25.

remains yours. **72.** But if an island arises in the middle of a river, it is shared by all the riparian owners on either side of the river; if, however, it be not in the middle of the river, it belongs to the riparian owners on the nearer side. **73.** Furthermore, what a man builds on my land becomes mine by natural law, although he built on his own account, because a superstructure goes with the land. **74.** Much more is this the case with a slip which someone has planted in my land, provided it has taken root there. **75.** The same holds likewise of corn sown by another in my land. **76.** But if I bring an action for the recovery of the land or the building against the other man, and refuse to pay him his expenses on the building, the young plants, or the seed, he will be able to defeat me with the *exceptio doli mali*, at any rate if he was a *bona fide* possessor. **77.** On the same principle it has been held that what another has written on my paper or parchment even in letters of gold is mine, because the lettering goes with the paper or parchment. Hence, if I sue for the rolls or parchments, but refuse to pay the cost of the writing, I can be defeated by the *exceptio doli mali*. **78.** But if, say, someone has painted a picture on my panel, the contrary is held, the opinion preferred being that the panel follows the picture. The reasoning supporting this distinction is hardly satisfactory, but at any rate according to this ruling, if you bring an action against me who am in possession, claiming the picture as yours, but refuse to pay the value of the panel, you can be defeated by the *exceptio doli mali*; if on the contrary you are in possession, it follows that I should be allowed an equitable action against you, in which case, if I refuse to pay the cost of the painting, you will be able to defeat me by the *exceptio doli mali*, at any rate if you are a *bona fide* possessor. Of course if you or anyone else have stolen the panel, I have an action of theft.

79. On a change of species also we have recourse to natural law. Thus, if you make wine, oil, or grain out of my grapes, olives, or ears of corn, the question arises whether this wine, oil, or grain is mine or yours. Or again, if you make some utensil out of my gold or silver, or fashion a boat, chest, or chair out of my planks, or make a garment out of my wool, mead out of my wine and honey, or a plaster or eyesalve out of my drugs, the question arises whether what you have thus made out of my property is yours or

effeceris,⟩[1] an meum. quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res quae facta sit uideatur esse, idque maxime placuit Sabino et Cassio. alii uero *eius rem* esse putant qui fecerit, idque maxime diuersae scholae
V p. 73 auctoribus uisum est; / sed eum quoque cuius materia et substantia fuerit, furti aduersus eum qui subripuerit habere actionem; nec minus aduersus eundem condictionem ei competere, quia extinctae res, licet uindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

[R.V. De pupillis an aliquid a se alienare possunt.[2]]

80. Nunc admonendi sumus neque feminam neque pupillum sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse, nec mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non posse. **81.** Ideoque, si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. **82.**[3] At si pupillus idem fecerit, quia non *facit accipientis sine tutoris auctoritate*[4] *pecuniam*, nullam contrahit obligationem. unde pupillus uindicare quidem nummos suos potest, sicubi extent, id est eos petere suos ex iure Quiritium esse. mulier *uero minime hoc modo* repetere potest, sed *ita: dari sibi oportere.* unde de pupillo quidem quaeritur, an, *si* nummi[5] quos mutuos dedit ab eo qui accepit[6] *consumpti sunt, aliqua* actione eos persequi possit, quoniam *obligationem etiam sine tutoris auctoritate adquirere sibi*[7] potest. **83.** *At*[8] ex contrario *omnes res*
V p. 74 *tam mancipi quam* nec mancipi mulieribus / et pupillis sine tutoris auctoritate solui possunt, quoniam meliorem condicionem suam facere eis etiam sine tutoris auctoritate concessum est. **84.** Itaque, si debitor pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris auctoritate dissoluere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa est. sed tamen, si ex ea pecunia locupletior factus sit et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoueri potest. **85.** Mulieri uero etiam sine tutoris auctoritate

[1] Lachmann, and generally. [2] Separate line, principal hand.
[3] See Apogr. and Suppl.; cf. Inst. 2, 8, 2. Our text simply incorporates Krüger's conjectures, this being the readiest way of roughly indicating the state of V and a possible sense. It is not claimed that they square in all respects even with what has been read in V. Mommsen's conjectures (see Krüger) differ sensibly. [4] *sine tutoris auctoritate*: not a possible reading according to Suppl.
[5] *an num* . . . (?) V. Mommsen: *an nummis* . . . *consumptis.*
[6] *accipit* V. [7] But . . . *n potest* V.
[8] *at*: *et* V. *at* Inst.

mine. Some hold that the material substance is what counts, in other words that the manufactured article should be held to belong to the owner of the material substance; this is the opinion preferred by Sabinus and Cassius. But others consider that it belongs to its maker; this is the opinion preferred by the authorities of the other school, who add, however, that the former owner of the material substance has the action of theft against one who stole it, and also an action for its value (*condictio*), because, though things that have perished cannot be vindicated, they may nevertheless be the object of a *condictio* against thieves and certain other possessors.

80. Here we must observe that neither a woman nor a ward can alienate a *res mancipi* without *tutoris auctoritas*, but that, while a woman can, a ward cannot so alienate a *res nec mancipi*. **81.** Hence, if a woman lends money without her tutor's *auctoritas*, her contract is effective, because she makes the money—a *res nec mancipi*—the property of the borrower. **82.** But a ward who does the same makes no contract, because without his tutor's *auctoritas* he does not make the money the property of the borrower. He can therefore vindicate his coins, assuming them to be extant, that is he can claim that they are his own *ex iure Quiritium*, whereas a woman cannot make such a claim, but only that the money is owed to her. Hence in the case of a ward it is a question whether, supposing the money lent by him to have been spent by the borrower, he has an action of some sort by which he can claim it, seeing that even without his tutor's *auctoritas* he can acquire the benefit of an obligation. **83.** On the other hand, *res mancipi* and *nec mancipi* without distinction can be paid to women and wards without their tutor's *auctoritas*, because even without it they are allowed to improve their position. **84.** Thus a debtor who pays a ward money he owes him makes the money the property of the ward, but is not himself discharged, because without his tutor's *auctoritas* a ward cannot release an obligation; indeed, without it he is not allowed to part with anything. Still, if he is the richer for the money and yet sues for the debt, he can be defeated by the *exceptio doli mali*. **85.** But to a woman payment of a debt can

---

§ 80. = Inst. 2, 8, 2 init. Cf. G. 1, 192; 2, 47. 85. § 81. *facit eam accipientis*: G. 3, 90. § 82. Cf. Inst. 2, 8, 2. G. 4, 2. 3. 2. 1, 21 pr. §§ 84–5. Cf. Inst. 2, 8, 2. Cic. top. 11, 46. § 83. Cf. Inst. 2, 8, *per acceptilationem*: G. 3, 171.

recte solui potest; nam qui soluit liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime diximus, a se dimittere mulieres etiam sine tutoris auctoritate possunt; quamquam hoc ita est si accipiat pecuniam; at si non accipiat, *sed* habere se dicat, et per acceptilationem uelit debitorem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos quos in potestate manu mancipioue habemus, item per eos seruos in quibus usumfructum habemus, item per homines liberos et seruos alienos quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligenter dispiciamus. **87.** Igitur ⟨*quod*⟩ liberi nostri quos in potestate habemus, item quod serui *nostri* mancipio accipiunt uel ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur uel ex aliqualibet
V p. 75 causa adquirunt, id nobis adquiritur. ipse enim / qui in potestate nostra est nihil suum habere potest. et ideo, si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest, et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur proinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus. et conuenienter scilicet legatum per eos nobis adquiritur. **88.** Dum tamen sciamus, si alterius in bonis sit seruus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli per eum adquiri[1] cuius in bonis est. **89.** Non solum autem proprietas per eos quos in potestate habemus adquiritur nobis, sed etiam possessio: cuius enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur; unde etiam per eos usucapio procedit. **90.** Per eas uero personas quas in manu mancipioue habemus proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis, sicut per eos qui in potestate nostra sunt; an autem possessio adquiratur, quaeri solet, quia ipsas non possidemus. **91.** De his autem seruis in quibus tantum usumfructum habemus ita placuit, ut quidquid ex re nostra uel ex operis suis adquirant,[2] id nobis adquiratur, quod uero extra eas causas, id ad dominum proprietatis pertineat. itaque, si iste seruus heres institutus sit legatumue quid ei ⟨*aut*⟩ donatum fuerit,[3] non mihi, sed domino proprietatis adquiritur. **92.** Idem
V p. 76 placet de eo qui a nobis bona fide possidetur, / siue liber sit siue

[1] *adquiritur* V.
[2] So Inst. 2, 9, 4 and D. 41, 1, 10, 3. *adquirunt* V.
[3] So Inst. and (almost) D. *legatumue quod ei datum fuerit* V.

§ 86. = Inst. 2, 9 pr. (D.). Cf. G. 1, 52; 3, 163 sq. § 87. = D. 41. 1. 10. 1. Cf. Inst. 2, 9, 1. 3. G. 3, 167. 167a. 114; 4, 134. *nihil suum*: G. 2, 96. *iubentibus nobis*: G. 2, 189. § 88. Cf. G. 1, 54; 2, 40; 3, 166. § 89. = Inst. 2. 9. 3 fin. (D.). § 90. *quia ipsas non possidemus*: G. 2, 94. §§ 91–2. = Inst. 2, 9, 4 (D.). Cf. G. 3, 165. 164.

properly be made even without her tutor's *auctoritas*: the payer is discharged, since, as we have just said, women can part with their *res nec mancipi* even without their tutor's *auctoritas*. At least this is true if she receives the money; but if she does not, but merely acknowledges its receipt, seeking to free her debtor by formal release without her tutor's *auctoritas*, this is beyond her power.

86. Acquisitions come to us not only by our own acts, but also through those whom we hold in *potestas*, *manus*, or *mancipium*; likewise through slaves over whom we have a usufruct, and again through free men and other people's slaves whom we possess *bona fide*. Let us consider these cases carefully one by one. **87.** Whatever children in our *potestas* or our slaves receive by mancipation or obtain by delivery, and whatever rights they acquire by their stipulations or any other title, are acquired for us, because a person in *potestas* can have nothing of his own. Thus such a person, if instituted heir, cannot accept the inheritance except with our sanction, and if he accepts it with that sanction, it is acquired for us exactly as if we had been instituted heirs ourselves; and of course any legacy left to them goes to us on the same principle. **88.** But we must bear in mind that if a slave belongs to one man by bonitary title and to another by Quiritary, his acquisitions from all sources go solely to the owner with the bonitary title. **89.** Through those whom we hold in *potestas* not only ownership but also possession is acquired for us. For we are held to possess anything of which they have acquired possession; hence through them usucapion likewise takes place. **90.** But though through persons whom we hold in *manus* or *mancipium* ownership is acquired for us by every method of acquisition, as much as through those in our *potestas*, it is commonly questioned whether possession is acquired for us through them, since we do not possess the persons themselves. **91.** With regard to slaves in whom we have only a usufruct the rule is that whatever they acquire in connexion with our affairs or from their own work is acquired for us, but that anything they acquire outside these two accounts belongs to the owner of the property in them. Hence if such a slave is instituted *heres* or is given some legacy or present, this acquisition is for the owner of the property in him, not for me. **92.** The same rule applies to a person *bona fide* possessed by us, whether he be a free man or

alienus seruus. quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore. itaque, quod extra duas istas causas adquiritur, id uel ad ipsum pertinet, si liber est, uel ad dominum, si seruus est.[1] **93.** Sed bonae fidei possessor cum usuceperit seruum, quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi adquirere potest. usufructuarius uero usucapere non potest, primum quia non possidet, sed habet ius utendi et fruendi, deinde quia scit alienum seruum esse. **94.** De illo quaeritur, an per eum seruum in quo usumfructum habemus possidere aliquam rem et usucapere possimus, quia ipsum non possidemus. per eum uero quem bona fide possidemus sine dubio et possidere et usucapere possumus. loquimur autem in utriusque persona secundum definitionem quam proxime exposuimus: id est, si quid ex re nostra uel ex operis suis adquirant, id nobis adquiritur. **95.** Ex his apparet per liberos homines quos neque iuri nostro subiectos habemus neque bona fide possidemus, item per alienos seruos in quibus neque usumfructum habemus neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis adquiri posse. et hoc est quod uulgo dicitur, per extraneam personam nobis adquiri non posse. tantum de possessione quaeritur an per *procuratorem*[2] nobis adquiratur.
V p. 77 **96.** In summa sciendum est his qui in / potestate manu mancipioue sunt nihil in iure cedi posse. cum enim istarum personarum nihil suum esse possit, conueniens est scilicet ut nihil suum esse[3] in iure uindicare possint.

97. *Hactenus*[4] tantisper admonuisse sufficit quemadmodum singulae res nobis adquirantur. nam legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. uideamus itaque nunc quibus modis per uniuersitatem res nobis adquirantur. **98.** Si cui heredes facti sumus, siue cuius bonorum *possessionem* petierimus, siue cuius bona emerimus, siue quem adoptauerimus, siue quam in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt.

---

[1] So Inst. and D. *sit* V.

[2] Cf. Suppl. xxviii. Our restoration (Goudsmit, Kniep) is conjectural, as are *per extraneam personam* (Krüger) and *per liberam personam* (Kübler).

[3] *suum esse posse* V. Gloss according to Mommsen.

[4] Inst. 2, 9, 6.

---

§ 93. = Inst. 2, 9, 4 (D.). *quia non possidet*: Ulp. D. 41, 2, 12 pr. 1. § 94. Cf. Inst. 2, 9, 4 fin. § 95. = Inst. 2, 9, 5. Cf. Paul 5, 2, 2. C. 4, 27, 1 pr. (A.D. 290). 7, 32, 1 (A.D. 196). § 96. Cf. G. 2, 24. 87. §§ 97–100. = Inst. 2, 9, 6. § 97. *alio loco*: G. 2, 191 sq. § 98. *ut uxorem*: G. 1, 114, &c.

another's slave; for what has been held of a usufructuary is applied also to a *bona fide* possessor, so that whatever is acquired outside the two accounts above mentioned belongs either to the man himself if he is free, or to his owner if he is a slave. **93.** But once the *bona fide* possessor has acquired the slave by usucapion, he can, since he thereby becomes his owner, acquire for himself through the slave's instrumentality on every account. But a usufructuary cannot acquire the slave by usucapion, first because he has not possession of him, but only the right of using and taking profits, and secondly because he knows that the slave belongs to someone else. **94.** Through a slave in whom we have a usufruct it is a question whether we can possess a thing and acquire it by usucapion, because we have not possession of the slave himself. But through one whom we *bona fide* possess there is no doubt but that we can both possess and acquire by usucapion. In both cases what we are saying is subject to the limitation just explained, namely that acquisition by such persons is for us, when it is in connexion with our affairs or from their own work. **95.** From what we have said it is evident that through free men who are neither subject to our power nor *bona fide* possessed by us, and through the slaves of others of whom we have neither a usufruct nor a lawful possession, acquisition is impossible on any account. This is the meaning of the common saying that there cannot be acquisition for us through a stranger. The only doubt is whether possession can be acquired for us through a *procurator*. **96.** Finally it is to be noted that *in iure cessio* to persons in *potestas*, *manus*, or *mancipium* is impossible; for since such persons can have nothing of their own, it obviously follows that they cannot vindicate in court anything as their own.

97. For the present it suffices to have carried our exposition of the methods of acquiring single things thus far. For the law of legacies, under which likewise single things are acquired, will be treated of more conveniently in another place. Let us therefore now consider how things are acquired in mass (*per universitatem*). **98.** If we become heirs to some person or have been granted possession of his estate (*bonorum possessio*), or if we buy an insolvent's estate, or adopt someone, or take a woman into our *manus* as wife, that person's assets pass to us.

99. Ac prius de hereditatibus dispiciamus. quarum duplex condicio est: nam uel ex testamento uel ab intestato ad nos pertinent. **100.** Et prius est ut de his dispiciamus quae nobis ex testamento obueniunt.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est cum belli causa arma sumebant. procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio faciebant,
V p. 78 alterum in proelium exituri. **102.** Accessit deinde tertium / genus testamenti, quod per aes et libram agitur: qui neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum, mancipio dabat, eumque rogabat quid cuique post mortem suam dari uellet. quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur. **103.** Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt, hoc uero solum quod per aes et libram fit in usu retentum est. sane nunc aliter ordinatur quam olim solebat. namque olim familiae emptor, id est qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator quid cuique post mortem suam dari uellet. nunc uero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia, propter ueteris iuris imitationem, familiae emptor adhibetur. **104.** Eaque res ita agitur: qui facit ⟨*testamentum*,⟩ adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, v testibus ciuibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam. in qua re his uerbis familiae emptor utitur: FAMILIAM PECUNIAMQUE TUAM ENDO MANDATELA TUA[1] CUSTODELAQUE MEA ⟨*ESSE AIO, EAQUE,*⟩[2]
V p. 79 QUO TU IURE TESTAMENTUM / FACERE POSSIS SECUNDUM LEGEM PUBLICAM, HOC AERE (et ut quidam adiciunt) AENEAQUE LIBRA ESTO MIHI EMPTA. deinde aere percutit libram, idque aes dat testatori uelut pretii loco. deinde testator tabulas testamenti[3] tenens ita

---

[1] *tuam* V. Krüger om.

[2] So Kübler. Krüger: *familia pecuniaque tua endo mandatelam custodelamque meam, quo tu iure*, &c. But cf. E. Weiss, SZ 1921, 104 ff.

[3] *test·manti* V. *testamenti manu* Kübler.

---

§§ 101–3. Cf. Inst. 2, 10, 1. Gell. 15, 27, 1. 3. See Clark, Hist. of R.L., Regal Period 439 ff. § 104. Cf. G. 1, 119. *secundum legem publicam* (om. Ulp. 20, 9; Isid. Etym. 5, 24, 12): G. 3, 174. Examples: Textes 801; Bruns 1, 304; Riccobono, Fontes 3, 129.

99. Let us consider first inheritances. Of these there are two kinds, according as they come to us by will or by intestacy. **100.** First let us consider those coming by will.

101. Originally there were two kinds of wills: men made them either in the *comitia calata*, which were held twice a year for the purpose of making wills, or *in procinctu*, that is when they were arming for battle, *procinctus* being the army mobilized and armed. Thus they made the former in the quiet of peace and the latter when on the point of sallying to battle. **102.** Later a third kind of will was added, that executed *per aes et libram*. A man who had not made a will either in the *comitia calata* or *in procinctu*, if threatened with sudden death, would mancipate his *familia*, that is his whole estate, to a friend, whom he would request to distribute it after his death to such persons as he desired. This is called the will *per aes et libram*, because it is executed by means of a mancipation. **103.** The two earlier kinds of will have fallen into desuetude, and that executed *per aes et libram* has alone remained in use. Its present scheme, however, is other than what it was of old. For then the *familiae emptor*, that is he who by mancipation received the estate from the testator, used to occupy the position of heir, and consequently it was to him that the testator gave instructions as to the distribution of the estate after his death; but at the present day one person is instituted heir and the legacies are charged on him, whilst another figures formally as *familiae emptor* in imitation of the ancient system. **104.** The proceedings are as follows: the testator, as in other mancipations, takes five Roman citizens above puberty to witness and a scale-holder, and, having previously written his will on tablets, formally mancipates his *familia* to someone. In the mancipation the *familiae emptor* utters these words: 'I declare your *familia* to be subject to your directions and in my custody, and be it bought to me with this bronze piece and' (as some add) 'this bronze scale, to the end that you may be able to make a lawful will in accordance with the public statute.' Then he strikes the scale with the bronze piece and gives it to the testator as the symbolic price. Next the testator, holding the tablets of his will,

dicit: HAEC, ITA UT IN HIS TABULIS CERISQUE SCRIPTA SUNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQUE UOS QUIRITES TESTIMONIUM MIHI PERHIBETOTE; et hoc dicitur nuncupatio. nuncupare est enim palam nominare; et sane quae testator spccialiter in tabulis testamenti scripserit, ea uidetur generali sermone nominare atque confirmare.

105. In testibus autem non debet is esse qui in potestate *est* aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem totum hoc negotium quod agitur testamenti ordinandi gratia creditur inter familiae emptorem agi et testatorem; quippe olim, ut proxime diximus, is qui familiam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco erat; itaque reprobatum est in ea re domesticum testimonium. **106.** Unde, et si is qui in potestate patris est familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse non potest, ac ne is quidem qui in eadem potestate est, uelut frater eius. sed[1] si filius familias ex castrensi peculio post missionem
V p. 80 faciat testamentum, nec pater eius recte testis / adhibetur, nec is qui in potestate patris est.[2] **107.** De libripende eadem quae et de testibus dicta esse intellegemus; nam et is testium numero est. **108.** Is uero qui in potestate heredis aut legatarii est, cuiusue heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, adeo testis et libripens adhiberi potest, ut ipse quoque heres aut legatarius iure adhibeantur. sed tamen, quod ad heredem pertinet quique in eius potestate est, cuiusue is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

[De testamentis militum.[3]]

109. Sed haec diligens obseruatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam imperitiam constitutionibus principum remissa est. nam quamuis neque legitimum numerum testium adhibuerint neque uendiderint familiam neque nuncupauerint testamentum, recte nihilo minus testantur. **110.** Praeterea permissum est iis et peregrinos et Latinos instituere heredes uel iis legare, cum alioquin peregrini quidem ratione ciuili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini uero per legem Iuniam. **111.** Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem legataque capere
V fol. deperd. uetantur, item orbi, id est qui liberos non habent, quos lex / *Papia*

[1] *sed et* Kübler. [2] *sit* V. *est* Inst. 2, 10, 9.
[3] In the middle of a separate line, in the principal hand.

§§ 105–8. Cf. Inst. 2, 10, 9–11. § 109. = Inst. 2, 11 pr. Cf. G. 2, 114. Ulp. 23, 10. § 110. Cf. G. 1, 23–5; 2, 218 in fin. 275. 285. Ulp. 22, 2. 3. § 111. Cf. G. 2, 144. 150(?). 206. 207. 286. 286a. Ulp. 22, 3.

says as follows: 'According as it is written in these tablets and on this wax, so do I give, so do I bequeath, so do I call to witness, and so, *Quirites*, do you bear me witness.' This utterance is called the nuncupation, *nuncupare* meaning to declare publicly; and the testator is considered by these general words to declare and confirm the specific dispositions which he has written on the tablets of his will.

105. One who is in the *potestas* of either the *familiae emptor* or the testator may not be among the witnesses, because, in imitation of the ancient law, the whole proceedings in executing a will are deemed to take place between the *familiae emptor* and the testator; indeed, as we have just said, in former times he who received the *familia* from the testator by mancipation was in the position of heir; consequently testimony from a man's own house was rejected. **106.** For the same reason, if the person serving as *familiae emptor* is in the *potestas* of his father, the father cannot be a witness, neither can a person in the same *potestas*, for example the *familiae emptor*'s brother. Again, if a *filiusfamilias* makes a will in virtue of his *peculium castrense* after his discharge from the army, neither his father nor anyone in the *potestas* of his father is properly employed as witness. **107.** What we have said with regard to witnesses must be understood to apply equally to the scale-holder; for he too ranks as a witness. **108.** But one who is in the *potestas* of the heir or of a legatee, or one in whose *potestas* the heir or a legatee is, or one who is in the same *potestas* as either of them, can serve as witness or as scale-holder; indeed, the heir himself or a legatee can do so lawfully. But as regards the heir or one who is in his *potestas* or in whose *potestas* he is, we do well not to avail ourselves of this right.

109. Such strict observance of formalities in the making of wills has by imperial constitutions been relaxed for soldiers, because of their extreme inexperience. For though they fail to employ the ordained number of witnesses, or to sell their *familia*, or to make nuncupation of their wills, these are none the less valid. **110.** Moreover, they are allowed to institute both Latins and peregrines as heirs or to leave them legacies, though in general peregrines are prohibited from taking an inheritance or legacies by the principles of civil law, and Latins by the *L. Iunia*. **111.** Furthermore, unmarried persons, who are forbidden by the *L. Iulia* to receive an inheritance or legacies, and childless persons,

plus quam dimidias partes hereditatis legatorumque capere uetat, ex
V p. 81 *militis testamento solidum capiunt.*[1] . . . / . . .

112. . . .[2] *ex auctoritate* diui Hadriani senatusconsultum factum est, quo permissum est . . . s[3] feminis etiam sine coemptione
V p. 82 testamentum facere, si modo non minores essent / ann*orum XII*,[4] scilicet ut quae tutela liberatae non essent *tutore auctore*[5] testari debe*re*nt. **113.** Uidentur ergo melioris condicionis esse feminae quam masculi; nam masculus mino*r* ann*orum* XIIII testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere uelit, femina uero po*s*t xii ann*um* testamenti faci*endi i*us nanci*s*citur.

114. Igitur, si quaeramus an ualeat testamentum, imprimis aduertere debemus an is qui id fecerit habuerit testamenti factionem; deinde, si habuerit, requiremus an secundum iuris ciuilis regulam *te*status sit, exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam *impe*ritiam, ut diximus, quomodo uelint uel quomo*do poss*int permittitur testamentum facere.

115. Non tamen, ut iure ciuili *uale*at testamentum, sufficit ea obseru*a*tio quam supra expo*s*uimus de familiae uenditione et de testibus et de nuncupationibus.[6] **116.** ⟨*Sed*⟩ ante omnia requirendum e*st* a*n* institutio heredis sollemni more facta sit; nam aliter facta institutione nihil proficit familiam testatoris ita uenire testesque ita adhibere *et ita* nun*c*upare testamentum ut supra diximus.
117. Sollemnis autem institutio haec est: TIT*I*US HERES ESTO; sed
V p. 83 et ill*a* iam comprobata uidetur: TITIUM HEREDEM ESSE / IUBEO; at illa non est comprobata: TITIUM HEREDEM ESSE UOLO; sed et illae a plerisque improbatae s*unt*: TITIUM HEREDEM INSTITU*O*, item HEREDEM FACIO.

118. Obseruandum praeterea est ut, si mulier quae in tutela est faciat testamentu*m*, tutor*e auctore*[7] facere debeat; alioquin inutiliter iure ciuili testabitur. **119.** Praetor tamen, si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secun-

---

[1] A folio is missing between V pp. 80 and 81. This is Huschke's conjecture for the first words. Probably, after first completing the military will, Gaius proceeded to capacity to make a will: cf. Inst. 2, 12, Epit. 2, 2, and Ulp. 20, 10 sq.

[2] The first 21 lines of V p. 81 are almost entirely illegible.

[3] About 9 letters illegible. Conjectures: *sui iuris* or *ingenuis* (Krüger) or *capite non minutis* (Huschke). Cf. supra 1, 115a.

[4] *annixii · tab ·* V.

[5] *ita* V.

[6] *nuncupatione* Huschke–Kübler.

[7] *tutores habet* V.

---

§ 112. Cf. G. 1, 115a. 192; 2, 118. 121. 122. § 113. Cf. G. 1, 40. Inst. 2, 12, 1. § 114. = D. 28, 1, 4. *testamenti factionem*: G. 1, 23. 25; 3, 75. *ut diximus*: G. 2, 109. § 115. = Inst. 2, 13 pr. init. *ea obseruatio*: G. 2, 104 sq.

whom the *L. Papia* forbids to take more than half of an inheritance or of legacies, take in full under the will of a soldier. . . .

112. . . . *But later* a senatusconsult was passed under the authority of the late emperor Hadrian whereby permission was given to women . . . to make wills without a *coemptio*, provided that they were not below the age of 12, and also, of course, that those not exempted from *tutela* must make their wills with the *auctoritas* of their tutors. **113.** Thus females appear to be better off than males; for a male below the age of 14 cannot make a will, even if he should propose to do so with his tutor's *auctoritas*, whereas a female acquires the right to make a will from the age of 12.

114. Accordingly, in considering whether a will is valid, we must first ascertain whether its maker had the capacity to make it; next, supposing he had capacity, whether he made it according to the requirements of the civil law, except that, as stated, soldiers owing to their extreme inexperience are allowed to make their wills in any way they will or can.

115. The formalities which we have explained above, of selling the *familia*, witnesses and nuncupation, are not, however, sufficient for the validity of a will at civil law; **116.** but before everything else it must be ascertained whether there has been an institution of an heir made in solemn form; for if an institution has been made otherwise, it is unavailing that the sale of the *familia*, the employment of witnesses, and the utterance of the nuncupation have been made in the manner we have mentioned. **117.** The solemn form of institution is this: 'Be thou Titius my heir'; but the form: 'I order that Titius be my heir' seems now also to be approved; not approved is the form: 'I wish Titius to be my heir'; also disapproved by most authorities are the forms: 'I institute Titius my heir', and 'I make Titius my heir'.

118. It is further to be observed that if a woman who is in *tutela* makes a will, she must do so with her tutor's *auctoritas*; otherwise her testament will be of no effect at civil law. **119.** The praetor, however, if the will is sealed with the seals of 7 witnesses,

---

§ 116. Cf. G. 2, 229. 248. Inst. 2, 20, 34. § 117. Cf. C. 6, 23, 15 (A.D. 339). § 118. Cf. G. 1, 192; 2, 112; 3, 43. § 119. Cf. G. 2, 147 sq. Inst. 2, 10, 2. 2, 17, 6 (5). Edictum § 149.

dum tabulas testamenti b*onorum possessionem* pollicetur; ⟨*et*⟩ si nemo sit ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, uelut frater codem patre natus aut patruus aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. nam idem iuris est et si alia ex *causa* testamentum non ualeat, uelut quod familia non uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit. **120.** Sed uideamus an, etiamsi frater aut patruus extent, potior*es* scriptis heredibus habeant*ur*. rescripto enim imperatoris Antonini significat*ur* eos qui secundu*m* tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse aduersus eos qui ab intestato uindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. **121.** Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum quae ideo non utiliter testatae sunt, qu*ia* uerbi gratia familiam non ue*n*diderint aut
V p. 84 nuncupationis uerba locutae non sint. / an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, uidebimus. **122.** Loquimur autem de his scilicet feminis quae n*on* in legitima parentium aut patronorum tutela s*unt*, sed [de his] quae alterius generis tutor*es* habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri; alioquin parentem et patron*um* sine auctoritate cius facto testamento non summoueri palam est.

123. Item, qui filium in potestate habet curare debe*t* ut eum uel heredem instituat uel nominatim exheredet; alioquin, si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur, adeo quidem ut nostri praeceptores existiment, etiamsi uiuo patre fili*us* defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, qu*ia* scilice*t* statim ab initio non constiterit institutio. sed diuersae scholae auctores, siquidem fili*us* mortis patris tempore uiuat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus et illum ab intestato heredem fieri confitentur; si uero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hered*itat*em adiri putant, nullo iam filio impedimento,[1] quia scilicet existimant ⟨*non*⟩ statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito. **124.** Ceteras uero liberorum personas si praeterierit testator, ualet testamentum, ⟨*sed*⟩ praeteritae
V p. 85 istae personae scriptis heredibus in / partem adcrescunt, si sui

[1] *impediente*? So Mommsen, who further suspects the rest of the sentence to be misplaced gloss.

§ 120. Cf. G. 2, 149a. Paul 4, 8, 1. § 121. Cf. G. 2, 104 sq. § 122. Cf. G. 1, 192, &c.; 3, 43. § 123. = Inst. 2, 13 pr. *nominatim*: G. 2, 127. *etiamsi uiuo patre*: Paul D. 28, 2, 7. § 124. Cf. Inst. 2, 13 pr.

promises *bonorum possessio secundum tabulas* (possession of the estate in accordance with the testamentary tablets) to the heirs named in the will, and if there is no one to whom the inheritance goes by the statute-law of intestacy—for example a brother by the same father, or a father's brother, or a brother's son—the testamentary heirs will thus be able to keep the inheritance. And the law is the same when the will is invalid on some other account, such as that the *familia* was not sold, or that the testator did not utter the nuncupation. **120.** But let us consider whether, even if there is a brother or a father's brother, they are preferred to the heirs named in the will. For by a rescript of the emperor Antoninus it is laid down that those who have been granted *bonorum possessio* under an improperly executed will can defend themselves by *exceptio doli mali* against parties claiming the inheritance by intestacy. **121.** Now it is certain that the rescript applies to the wills of males, and also to those of females that are invalid for such reason as that they have failed to sell their *familia* or to utter the nuncupation. What we have to consider is whether it applies to wills made by women without their tutor's *auctoritas*. **122.** We refer only to women who are not in *legitima tutela* of parents or patrons, but have a tutor of some other kind, one who can be compelled to give *auctoritas* even against his will. For it is obvious that a parent or a patron is not ousted by a will made without his *auctoritas*.

123. Moreover, a testator who has a son in *potestas* must be careful either to institute him heir or to disinherit him by name; for if he passes him over in silence, his testament will be of no effect. So much so, that the teachers of our school hold that even if the son dies in the father's lifetime, no one can qualify as heir under the will, because the institution was void *ab initio*. The authorities of the other school admit that if the son is living at the time of his father's death, he bars the heirs named by the will and becomes himself heir by intestacy; but they hold that if he predeceases his father, entry on the inheritance can be made under the will, there being now no son to bar it, because evidently, in their view, the will is not avoided *ab initio* by the son being passed over. **124.** But if a testator passes over any other *liberi*[1] than a son, the will is good, but the persons so passed over come in by accretion with the testamentary heirs, for an aliquot

[1] That is, *sui heredes*, since the civil law is being stated.

heredes sint, in uirilem, si extranei, in dimidiam. id est, si quis tres uerb*i* gratia fili*os* heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres, et ea ratione id consequitur quod ab intestato patre m*ortuo* habitura esset; at si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit here*s*. quae de filia diximus, eadem et de nepote deque omnibus liberorum personis *seu* masculini seu *f*eminini sexus dicta intellegemus. **125.** Quid ergo est? licet *h*ae, secundum ea quae diximus, scriptis *heredibus dim*i*diam modo partem*[1] detrahant, tamen praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promitti*t*; qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur et efficiuntur sine re heredes. **126.** Et hoc iure uteb*amur*, *quas*i nihil inter feminas et masculos interesset. sed nuper imperator Antoninus significauit rescripto su*as*[2] non plus nanci*s*ci feminas per bonorum possessionem qu*am* qu*od*[1] iure adcrescendi consequerent*ur*. quod in emancipatarum quoque person*is*[3] obseruandum es*t*, *ut hae quoque quod*[4] adcrescendi iure habitur*ae* esse*nt*, si in pote*state* fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant. **127.** Sed siquidem filius a patre exheredetur, nominatim ex*here*dari *deb*et; alioquin non p*rodest eum*[5] exheredari. nominatim
V p. 86 autem *ex*heredari uidetur siue ita exhere/detur: *TITIUS* FILIUS MEUS EXH*ERES ESTO*, *siue ita*: *FILIUS MEUS*[6] EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine. **128.** Ceterae uero liberorum personae, uel feminini sexus uel masculini, satis inter ceteros exheredantur, id est his *uer*b*is*: *CETERI*[7] OMNES EXHEREDES SUNTO, *quae u*erb*a statim post*[8] *in*stitutionem heredum adici solent. sed hoc it*a est iure ciuili*.[9] **129.** Nam praetor omnes uirilis sexus lib*erorum personas*, id est nepotes quoque et pronepotes *nominatim exheredari iubet, feminini uero sexus uel nominatim uel inter ceteros*.[10] . . .

130. Postumi quoque liberi[11] *uel heredes instit*ui debent uel exheredari. **131.**[12] Et i*n* eo par omnium condi*cio est*, *quod et in* filio p*ostumo et in quolibet ex ceteris lib*eris siue *feminini sexus siue*

---

[1] Correction of the order of words in V.
[2] So Huschke and generally. *suo* V. [3] So Polenaar-Kübler. *persona* V.
[4] *esset n.* . . V. *est ut nimirum hae*, &c. Kübler.
[5] So Polenaar-Kübler. *psiet* (?) V. *uidetur* Krüger.
[6] Cf. Inst. 2, 13, 1. [7] *ceteri* does not accord with Suppl. xxix.
[8] So Kübler. V illegible. [9] The usual conjecture.
[10] The 2½ illegible lines following *pronepotes* must have contained more. Conjectures vary, but agree on this general sense: cf. 2, 135.
[11] *liberi* Inst. 2, 13, 1. *liberi nominatim* (followed by an illegible half-line) V.
[12] Only the beginnings of lines legible in V. Restorations from Inst.

share of the inheritance if the testamentary heirs are *sui heredes*, for half the inheritance if they are strangers. This means that if, for example, a testator institutes his three sons, but passes over his daughter, the daughter comes in by accretion as heir of a quarter, thus getting what she would have got had her father died intestate; but if the testator institutes strangers as heirs and passes over his daughter, the daughter by accretion comes in as heir of a half. What we have said of a daughter is to be understood to apply equally to a grandson and all other *liberi*, male or female. **125.** But there is more to be said. For though, according to our statement, such persons deprive the testamentary heirs of only half, nevertheless the praetor promises them *bonorum possessio contra tabulas* (possession of the estate against the will), and in this manner the stranger heirs are excluded from the entire inheritance and become heirs only in name (*sine re*). **126.** This law used to be applied to males and females without distinction. But recently the emperor Antoninus has declared by rescript that women *suae* are not to take more by *bonorum possessio* than they would get by their right of accretion. And this ruling is to be applied equally in the case of emancipated females, so that they too get by *bonorum possessio* exactly what they would have got by right of accretion had they been in *potestas*. **127.** But if a son is disinherited by his father, it must be by name; otherwise the disinherison is void. Disinherison is considered to be by name whether it be in the form 'Let my son Titius be disinherited' or in the form 'Let my son be disinherited' without the addition of his proper name. **128.** Other *liberi*, female or male, are sufficiently disinherited by the general clause 'Let all others be disinherited', words which are commonly added immediately after the institution of heirs. But this is so only at civil law. **129.** For the praetor orders all male *liberi*, that is grandsons as well and great-grandsons, to be disinherited by name, females, however, either by name or by the general clause. . . .

130. *Liberi* born after the making of the will (*postumi*) must likewise be either instituted heirs or disinherited. **131.** In this respect all *sui heredes* are in the same position: whether it be a son

§ 126. Cf. Inst. 2, 13, 5. § 127. Cf. G. 2, 123. § 128. Cf. Inst. 2, 13 pr. 5. § 129. Cf. G. 2, 135. §§ 130–2. = Inst. 2, 13, 1.

*ma*sculini praeterito ualet *quidem testamentum, sed postea agnatione postumi si*ue postumae rumpit*ur*, et ea ra*tione totum infir*matur. *ideoq*ue, si mulier ex qua *postumus aut postu*ma sperabat*ur* abor*tum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.* **132.**[1] *Sed feminini* quidem sexus personae *uel nominatim uel in*ter ceteros *exheredari solent, dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne uideantur per obliuio*nem praeteritae *esse. masculini uero sexus perso*nas placuit non aliter recte ex*here-*
V p. 87 *dari nisi*[2] *nomina|tim exheredentur, hoc scilicet modo: QUICUMQUE MIHI FILIUS GENITUS FUERIT, EX*HERES ESTO. . . . **133.**[3] *Postumorum autem loco sunt et hi qui in sui heredis locum succedendo quasi agnascendo fiunt parenti*bus sui heredes. ut ecce si filium et *ex eo nepotem ne*ptemue *in* po*testate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamuis nepos quo*que et neptis *ex eo in eadem potestate sint; sed si filius meus me uiuo moriatur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepos neptisue in eius locum succedere, et* eo modo iura suorum h*eredum quasi agnatio*ne nanciscuntur. **134.** Ne ergo eo modo rumpatur mihi testa*mentum, sicut ipsum filium uel heredem in*stituere uel exheredare[4] debeo, ne n*on iure faciam testamentum, ita et ne*potem neptemue ex eo necesse est mihi u*el heredem instituere uel exheredare, ne forte, me uiuo filio*
V p. 88 *mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisue* / quasi agnatione rumpat testamentum; idque lege Iunia Uellaea prouisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut uirilis sexus ⟨*postumi*⟩ nominatim, feminini uel nominatim uel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis qui inter ceteros exheredantur aliquid legetur. **135.** *E*mancipatos liberos iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes; sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus *n*ominatim, feminini u*el* nominatim uel inter ceteros. quodsi neque heredes instituti fuerint neque ita ut supra diximus exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem. **135a.** In potestate patr*is* non sunt

[1] Only the beginnings of lines legible in V. Restorations from Inst.

[2] *nisi* Inst. *quam si* Grupe, SZ 1896, 318.

[3] V p. 87 largely illegible. Restorations from Gaius D. 28, 3, 13 and Inst. 2, 13, 2.

[4] So V. *exheredare nominatim* D. *nominatim exheredare* Inst.

§§ 133–4. = Inst. 2, 13, 2 (D.). Cf. Ulp. 23, 3. *lege Iunia Uellaea* (A.D. 26?): Bruns 1, 116. § 135. = Inst. 2, 13, 3. Cf. G. 2, 129; 3, 19. 26. Inst. 2, 13, 4, 3, 1, 12 sq. § 135a. Cf. G. 1, 55. 93. 94; 3, 20.

or any other of the *liberi*, male or female, that is passed over, the will is valid, but it is broken by the subsequent agnation of a *postumus* or *postuma*, and thereby made absolutely void. Thus, if a woman of whom a *postumus* or *postuma* was expected miscarries, there is no obstacle to the succession of the testamentary heirs. **132.** Females (*postumae*) may be disinherited either by name or by the general clause, provided that if it be by the general clause some legacy be left to them, in order that they may not appear to have been passed over through forgetfulness. But it is agreed that males (*postumi*) cannot be validly disinherited except by name, that is in the form 'Let any son that shall be born to me be disinherited'. . . . **133.** Ranked as *postumi* are those who through succeeding to the position of a *suus heres* become *sui heredes* to their ancestor by quasi-agnation. Thus, suppose I have in my *potestas* a son and a grandson and granddaughter by him; the son, being in the nearer degree, alone has the rights of a *suus heres*, although the grandson and granddaughter, his children, are in the same *potestas* as he; but if my son dies during my lifetime or passes out of my *potestas* in any manner, the grandson and granddaughter now succeed to his position and thus, by quasi-agnation, acquire the rights of *sui heredes*. **134.** Therefore, just as in order not to make a void will I am bound either to institute my son *heres* or disinherit him, so, in order to guard against my will being broken in the above manner, I must institute or disinherit any grandson or granddaughter by him, lest it should happen that my son should die in my lifetime and the grandson or granddaughter by succeeding to his position should break my will by quasi-agnation. This was provided for by the *L. Iunia Vellaea*, where also the form of disinherison is notified, namely that for male *postumi* it should be by name, while for female it may be either by name or by the general clause, provided, however, that some legacy be left to those disinherited by the general clause. **135.** At civil law it is unnecessary either to institute or disinherit emancipated *liberi*, because they are not *sui heredes*. But the praetor orders disinherison of all such, whether males or females, who are not instituted heirs, of males by name, of females either by name or by the general clause. To those who have been neither instituted nor disinherited in the manner stated the praetor promises *bonorum possessio contra tabulas*. **135a.** Not in the *potestas* of their father are children who have been granted

qui cum eo ciuitate Romana donati sunt nec in accipienda ciuitate Romana pater *petiit*[1] ut eos in potestate haberet, aut, si petiit, non impetrauit; nam qui ⟨*in*⟩ potestatem patris ab imperatore rediguntur, nihil differunt ab his *qui in potestate patris nati sunt.*[2] **136.** Adoptiui filii quamdiu manent in adoptione, naturalium loco sunt, emancipati uero ⟨*a*⟩ patre adoptiuo neque iure ciuili neque quod ad edictum praetoris pertinet inter liberos numerantur. **137.** Qua ratione accidit ut, ex diuerso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur; si uero emancipati fuerint ab
V p. 89 adoptiuo patre, tunc incipiant / in ea causa esse qua futuri essent si ab ipso naturali patre ⟨*emancipati*⟩ fuissent.

138. Si quis post factum testamentum adoptauerit sibi filium, aut per populum eum qui sui iuris est, aut per praetorem eum qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis. **139.** Idem iuris est si cui post factum testamentum uxor in manum conueniat uel quae in manu fuit nubat; nam eo modo filiae loco esse incipit et quasi sua. **140.** Nec prodest siue haec siue ille qui adoptatus est in eo testamento sit institutus institutaue; nam de exheredatione eius superuacuum uidetur quaerere, cum testamenti faciendi tempore suorum heredum numero non fuerit. **141.** Filius quoque qui ex prima secundaue mancipatione manumittitur, quia reuertitur in potestatem patriam, rumpit ante factum testamentum. nec prodest ⟨*si*⟩ in eo[3] testamento heres institutus uel exheredatus fuerit. **142.** Simile ius olim fuit in eius persona cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina uel Latina, quae per errorem quasi ciuis Romana uxor ducta esset, natus esset. nam siue heres institutus esset a parente siue exheredatus, siue uiuo patre causa
V p. 90 probata siue post mortem eius, omni modo quasi agna/tione rumpebat testamentum. **143.** Nunc uero, ex nouo senatusconsulto quod auctore diuo Hadriano factum est, siquidem uiuo patre causa probatur, aeque ut olim omni modo rumpit testamentum; si uero

[1] So Krüger, but too short for the space. Kübler: *petiit statim a principe ut*, &c.

[2] So Krüger. *athisunit* (?) V. *ab his qui ita nati sunt* Kübler.

[3] So Krüger. *prodeest in eo* V. *prodest ⟨ei si⟩ in eo* Kübler.

§§ 136–7. = Inst. 2, 13, 4. Cf. G. 3, 31. Inst. 3, 1, 10–12. § 138. = Inst. 2, 17, 1. Cf. G. 1, 98 sq. Ulp. 23, 3. § 139. Cf. G. 1, 114, &c.; 2, 159. Ulp. 23, 3. § 141. Cf. G. 1, 132. 135; 3, 6. Ulp. 23, 3. § 142. Cf. G. 1, 67; 3, 5. § 143. Cf. G. 1, 32(?).

Roman citizenship along with him, if he did not, when receiving the grant, ask to have them in his *potestas*, or asked, but unsuccessfully. Children brought under their father's *potestas* by the emperor differ in no respect from those born in his *potestas*. **136.** Adoptive sons are in the same position as natural so long as they remain in adoption, but when emancipated by their adoptive father they take rank as *liberi* neither at civil law nor for the purposes of the praetor's edict. **137.** It is just the reverse in relation to their natural father: so long as they are in their adoptive family they are reckoned strangers to him, but when emancipated by their adoptive father they are placed in the same legal position as they would have occupied if they had been emancipated by their natural father.

138. If after making his will a man adopts as son either a person *sui iuris* through the *comitia* or one who was in *patria potestas* through the praetor, the will is inevitably broken by the quasi-agnation of a *suus heres*. **139.** The same holds where, after the making of a will, the testator's wife comes under his *manus* or one who was in his *manus* becomes his wife; for she thereby becomes in the position of his daughter and is a quasi *sua heres*. **140.** It is of no avail that such a woman or the adopted son has been instituted in the will; it seems idle to discuss their disinherison, seeing that at the time when the will was made they were not of the *sui heredes*. **141.** Further, a son who is manumitted from his first or second mancipation by returning into *patria potestas* breaks a previously made will, and it is of no avail that he has been instituted or disinherited in that will. **142.** Formerly the law was similar regarding one on whose account a case of error is proved under the senatusconsult, say on the ground that he was born of a peregrine or a Latin mother, who had been taken to wife in the mistaken belief that she was a Roman. For even if he had been instituted heir or disinherited by his father, and whether the case was proved before or after his father's death, he used inevitably to break his father's will by quasi-agnation. **143.** But now, by a recent senatusconsult passed on the authority of the late emperor Hadrian, if the case is proved in his father's lifetime, he inevitably breaks the will as under the previous law, but where it is

post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si uero heres in *eo* scriptus est uel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur *eo* tempore quo renouari non possent.

144. Posteriore quoque testamento quod iure fact*um* est superius rumpitur. nec interest an extiterit aliquis ex eo heres an non extiterit; hoc enim solum spectatur, an existere potuerit. ideoque, si quis ex posteriore testamento quod iure factum est aut noluerit heres esse, aut uiuo testatore aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut per *cre*tionem exclusus fuerit, aut condicione sub qua heres *in*stitutus est defectus sit, aut propter caelibatum ex lege *I*ulia summotus fuerit ab hereditate: quibus[1] casibus pater familias intestatus moritur. nam et prius testamentum non ualet, ruptum a posteriore, et posterius aeque nullas uires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.

145.[2] Alio quoque modo testamenta iure facta infirma*n*tur, uelut ⟨*cum*⟩ is qui fecerit testamentum capite deminutus sit. quod quibus modis accidat primo commentario relatum est. **146.**[2] Hoc autem
V p. 91 casu ir/rita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpun*tur* irrita fiant, ⟨*et quae statim ab initio non iure fiunt irrita sint; sed et ea quae iure facta sunt et postea propter capitis deminutionem irrita fiunt,*⟩ poss*unt* nihilo minus rupta dici. sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi uel irrita fieri.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta quae uel ab initio non iure facta sunt uel, iure facta, postea irrita facta *a*ut rupta sunt. nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et ciuis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. nam si ideo irritum f*actum sit* testamentum, quod puta ciuitatem uel etiam libertatem testator amisit, *a*ut *quia*[3] in adoptionem se dedit ⟨*et*⟩ mortis te*m*pore in adoptiui patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas

[1] *in his casibus* Inst. 2, 17, 2, which puts the sentence in order, but for that reason may be a later correction. Kübler accepts Solazzi's view that *quibus—nam* originated as a gloss: cf. 3, 72.

[2] Corrections, &c. from Inst. 2, 17, 5 (4).

[3] So Inst. *uuthis* V. *aut is* Krüger.

§ 144. = Inst. 2, 17, 2. *noluerit heres esse*: G. 2, 167. *per cretionem*: G. 2, 166 sq. *propter caelibatum*: G. 2, 111, &c. § 145. = Inst. 2, 17, 4. *primo commentario*: G. 1, 159 sq. § 146. = Inst. 2, 17, 5 (4). § 147. = Inst. 2, 17, 6 (5). Cf. G. 2, 119, &c.

proved after his father's death, he breaks the will if he is passed over in it, but if he is named as heir or is disinherited in it, he does not break it, clearly in order that wills made with due care should not be set aside when it is no longer possible to remake them.

144. An earlier will is also broken by a subsequent validly made will. It makes no difference whether an heir qualifies under the second will or not, the sole question being whether one could have qualified. Therefore, if the person appointed by a subsequent validly executed will refuses to be heir, or if he dies either in the lifetime of the testator, or after his death but before entering on the inheritance, or if he is shut out by a *cretio* (clause requiring formal acceptance within a definite period), or if he is defeated by the failure of a condition subject to which he was instituted, or if he is debarred from the inheritance under the *L. Iulia* by reason of celibacy—in all these cases the *paterfamilias* dies intestate. For the earlier will is invalid because broken by the second, and the second is of no effect because no one qualifies as heir under it.

145. Yet another way in which validly made wills are invalidated is where the testator afterwards undergoes a *capitis deminutio*; how this may happen has been set out in the first book.

146. In this case we shall speak of the will becoming inoperative, though wills that are broken also become inoperative, and wills improperly executed in the beginning are inoperative; and on the other hand, wills properly executed in the beginning, but subsequently rendered inoperative by the testator's *capitis deminutio*, may equally be said to be broken. But as it is obviously more convenient to distinguish the various cases by special terms, we speak in some cases of wills being improperly executed, in others of properly executed wills being broken or becoming inoperative.

147. But neither wills improperly executed in the beginning nor wills properly executed but subsequently rendered inoperative or broken are entirely worthless. For if a will be sealed with the seals of 7 witnesses, the heir named in it may apply for *bonorum possessio secundum tabulas*, provided only that the deceased testator was both a Roman citizen and *sui iuris* at the time of his death. For if the cause that has rendered the will inoperative is, say, the testator's loss of citizenship or even of liberty, or that he gave himself in adoption and at the time of his death was in his adoptive father's *potestas*, the heir named in his will is not entitled to

bonorum possessionem pet*ere*. **148.** ⟨*Qui autem*⟩[1] secundum tabulas testamenti quae aut statim ab initio non iure factae sint aut, iure factae, postea *r*uptae uel irritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si uero ab his auocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re. **149.** Nam si quis heres iure ciuili institutus sit uel ex primo uel ex posteriore testamento, uel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis
V p. 92 hereditatem auocare. si uero nemo / sit alius iure ciuili heres, ipsi retinere hereditatem possunt, nec ullum ius aduersus eos habent cognati, *qui* legitimo iure deficiuntur. **149a.**[2] Aliq*uando tamen, sicut su*pra quoque notauimus, etiam legitim*is* quoq*ue heredibus* potio*res* scri*p*ti habentur, u*eluti* si ideo n*on iure* factum sit testamentum, quod familia non uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit; *tum enim, si ag*nati petant hereditat*em*, *per exceptio*nem *doli mali* ex con*stitutione imperatoris Antonini summo*ueri po*ssunt*. **150.**[3] *Sane* lege Iulia s*criptis non aufertur hereditas, si bonorum* possessores e*x edicto constituti sint. nam ita demum e*a lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo *heres uel bonorum possessor existat.*

151. Potest ut iure facta testamenta *contraria uoluntate* infirmentur. apparet ⟨*autem*⟩ non posse *ex eo so*lo i*nfirma*ri testamentum, quod postea testator id noluerit ualere, usque adeo ut, si linum eius inciderit, nihilo minus iure ciuili ualeat. quin etiam, si deleuerit quoque a*ut* combus*serit* tabulas testamenti, non ideo minus ⟨*non*⟩ desinent ualere *quae* ibi fuerunt scripta, licet eorum probatio difficilis sit. **151a.** Quid ergo est? si quis ab intestato bonorum possessionem petieri*t*, *et* is qui ex eo testamento heres *est*[4] petat
V p. 93 here*d*itatem, *per exceptionem doli mali repelletur*.[5] . . ./ perueniat hereditas. et hoc ita *re*scripto imperatoris Antonini significatur.

[1] So Kübler. Krüger, e.g., *Itaque qui*. Cf. Apogr. xxviii i. f.

[2] In this largely illegible section we have adopted Kübler's conjectures, which differ only slightly from Krüger's.

[3] In this section we have adopted Krüger's conjectures, approved by Kübler. Cf. Ulp. 28, 7.

[4] *cum* V.

[5] This much seems agreed, but for the rest of the 2½ illegible lines conjectures vary. Krüger makes the sense: *per exc. doli mali repelletur; si uero nemo ab intestato bonorum possessionem petierit, populus* (so Girard) *scripto heredi quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum quem testator heredem habere noluit perueniat hereditas.*

§ 148. Cf. G. 3, 35 sq. § 149. *cognati*: G. 3, 24. § 149a. *supra*: G. 2, 120. 121. § 150. Cf. Ulp. 28, 7. G. 3, 78. §§ 151–151a. Cf. Inst. 2, 17, 7 (6).

apply for *bonorum possessio secundum tabulas.* **148.** Persons receiving *bonorum possessio* under a will improperly executed from the beginning, or under a will properly executed but afterwards broken or rendered inoperative, will, if they are able to keep the inheritance, have *bonorum possessio cum re* (effectual *bonorum possessio*), but if the inheritance can be taken away from them, they will have *bonorum possessio sine re* (ineffectual *bonorum possessio*). **149.** For anyone who has been instituted heir in accordance with the civil law by a previous or a later will, or who is heir by the civil law of intestacy, can turn them out of the inheritance. But if there be no other person who is heir at civil law, they can keep the inheritance, and the cognates, possessing no title by civil law, have no right against them. **149a.** Sometimes, however, as we have already observed above, the heirs named in an invalid will are preferred even to the heirs by civil law, for example if the defect in the execution of the will was that the *familia* was not sold or that the testator did not utter the words of nuncupation; for in that case, if the agnates bring their suit for the inheritance, they can be defeated by the *exceptio doli mali* under the constitution of the emperor Antoninus. **150.** Clearly, where testamentary heirs have established themselves as *bonorum possessores* under the terms of the Edict, the *L. Iulia* does not deprive them of the inheritance. For by that statute an estate is escheated and must go to the people (*populus*) only where no one appears as heir to the deceased or as *bonorum possessor.*

151. It is possible for duly executed wills to be invalidated by change of intention. It is clear, however, that this cannot happen simply because later the testator desires that the will shall not stand; indeed, it remains valid at civil law even if he cuts its strings; and more than that, even if he effaces it or burns the tablets on which it is written, its contents do not on that account lose their validity, although their proof is difficult. **151a.** But what ensues? If someone applies for *bonorum possessio ab intestato* (by right of intestacy), the testamentary heir, if he brings his suit for the inheritance, will be defeated by the *exceptio doli mali*, [whilst, if no one applies for *bonorum possessio ab intestato*, the people will take the inheritance in preference to the testamentary *heres*, he being considered unmeritorious, so that the succession shall on no account pass to one whom the testator wished to exclude]. So it it is laid down by a rescript of the emperor Antoninus.

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui et necessarii, aut extranei. **153.** Necessarius heres est seruus cum libertate heres institutus, ideo sic appellatus quia, siue uelit siue nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est. **154.** Unde qui facultates suas suspectas habet, solet seruum suum primo aut secundo uel etiam ulteriore gradu liberum et heredem instituere, ut, si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris bona ueneant, id est ut ignominia, quae accidit ex uenditione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testatorem contingat; quamquam apud Fufidium Sabino placeat eximendum eum esse ignominia, quia non suo uitio, sed necessitate iuris bonorum uenditionem pateretur: sed alio iure utimur. **155.** Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea quae post mortem patroni sibi adquisierit, siue ante bonorum uenditionem siue postea, ipsi reseruentur; et, quamuis pro portione[1] bona uenierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non uenient, nisi si quid ei ex here-
V p, 94 ditaria causa fuerit adquisitum, / uelut si ⟨*ex eo quod*⟩[2] Latinus adquisierit locupletior factus sit, cum ceterorum hominum quorum bona uenierint pro portione, si quid postea adquirant, etiam saepius eorum bona uenire solent. **156.** Sui autem et necessarii heredes sunt uelut filius filiaue, nepos neptisue ex filio, ⟨*et*⟩ deinceps ceteri, qui modo in potestate morientis fuerunt. sed uti nepos neptisue suus heres sit, non sufficit eum in potestate aui mortis tempore fuisse, sed opus est ut pater quoque eius uiuo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus aut qualibet ratione liberatus potestate; tum enim nepos neptisue in locum sui patris succedunt. **157.** Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, et uiuo quoque parente quodammodo domini existimantur. unde etiam si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. necessarii uero ideo dicuntur, quia omni modo, ⟨*siue*⟩ uelint siue ⟨*nolint, tam*⟩[3] ab intestato quam ex testamento heredes fiunt. **158.** Sed his praetor permittit abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona ueneant. **159.** Idem

[1] *propter contractione* V.

[2] Savigny, followed by Kübler. But see Krüger's note.

[3] V corrupt. Cf. Inst. 2, 19, 2.

§ 152. = Inst. 2, 19 pr. § 153. = Inst. 2, 19, 1. Cf. G. 2, 186–8. § 154. = Inst. 2, 19, 1. Cf. 1, 6, 1. *primo aut secundo*: G. 2, 174. *bona ueneant*: G. 3, 79; 4, 102. § 155. = Inst. 2, 19, 1. *ex eo quod Latinus*: G. 3, 56 sq. 63 sq. § 156. = Inst. 2, 19, 2. Cf. G. 3, 2 sq. Inst. 3, 1, 2 sq. § 157. = Inst. 2, 19, 2. Cf. G. 3, 154a. Paul D. 28, 2, 11. § 158. = Inst. 2, 19, 2. Cf. G. 2, 163; 3, 67. Edictum §§ 209. 210. § 159. Cf. G. 1, 114; 2, 139, &c.

152. Heirs are termed either *necessarii* or *sui et necessarii* or *extranei*. **153.** A *necessarius heres* is a slave instituted heir with freedom annexed, so called because inevitably, whether he will or not, he is on the testator's death straightway free and heir. **154.** Hence those who doubt their own solvency commonly institute either in the first, second, or a later place one of their slaves as free and heir, so that, if the creditors of the estate are not paid in full, the assets may be sold as belonging to this heir rather than to the testator himself, the object being that the discredit attaching to such a sale should fall on the heir rather than on the testator himself. True we read in Fufidius that Sabinus holds that he ought to be exempted from discredit seeing that the sale is not brought upon him by his own fault, but by operation of law; but the accepted law is not so. **155.** In compensation for this disadvantage he is given the advantage that everything he acquires after his patron's death for himself, whether before or after the sale, is reserved to him; and even if the sale realizes only a fraction of the liabilities, his property will not be subjected to a second sale on account of the hereditary liabilities, except where he acquires something in his capacity of heir, for instance if he is enriched out of property acquired by a (Junian) Latin (a freedman of the testator, who dies), whereas the subsequent acquisitions of all other persons whose property realizes only a fraction of their debts may be subjected to repeated sales. **156.** *Sui et necessarii heredes* are such persons as a son or daughter, grandson or granddaughter by a son, and the rest, provided that they were in the testator's *potestas* when he died. But for a grandson or granddaughter to be a *suus heres* it is not enough that they were in their grandfather's *potestas* at the time of his death; it is also necessary that their father should have ceased to be a *suus heres* in his father's (their grandfather's) lifetime, either by having been cut off by death or by having been freed from *potestas* in some way; for if that happens, the grandson or granddaughter succeeds to their father's position. **157.** They are called *sui heredes* because they are household heirs and even in their father's lifetime are considered in a manner owners. Accordingly, if a man dies intestate, the first right of succession belongs to his *liberi*. They are called *necessarii* because both under a will and by intestacy they inevitably become his *heredes*, whether they will or not. **158.** But the praetor allows them to abstain from the succession, in order that the assets may preferably be sold as the ancestor's. **159.** The law is the same

iuris est et ⟨*in*⟩ uxoris persona quae in manu est, quia filiae loco est, et in nuru quae in manu filii est, quia neptis loco est. **160.** Quin
V p. 95 etiam similiter abstinendi po*te*st/*a*tem facit praetor etiam ei qui in causa [id est mancipato] mancipii est, ⟨*si*⟩ cum liber*tate* heres[1] institutus sit, *quamuis*[2] necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam seruus. **161.** Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur. itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, here*d*es a nobis instituti, sicut[3] extranei uidentur. qua de causa et qui a matre heredes instituuntur eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. serui quoque, qui cum liber*tate*[4] heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur. **162.** Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate uel non adeunda. **163.** Sed siue is cui abstinendi potestas est immiscuerit se bonis hereditariis, siue is *c*ui de adeunda ⟨*hereditate*⟩[5] deliberare licet adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum XXV. nam huius aetatis hominibus, [permissum est] sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit. scio quidem diuum Hadrianum etiam maiori XXV annorum ueniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset.
V p. 96 **164.** / Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus uel adeant hereditatem uel, si non adeant, temporis fine summoueantur. ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere. **165.** Cum ergo ita scriptum sit: HERES TITIUS ESTO, adicere debemus: CERNITOQUE IN CENTUM DIEBUS PROXIMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE. QUODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. **166.** Et qui ita heres institutus est, si uelit heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est haec uerba dicere: QUOD ME P. *MEU*IUS[6] TESTAMENTO SUO HEREDEM INSTITUIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQUE. quodsi ita non

---

[1] *cum liber et heres* V. But cf. n. 4 below.
[2] *cum* V, kept by Kübler.
[3] [sicut] Mommsen–Krüger.
[4] *cum liberi et heredes* V. Cf. n. 1 above.
[5] Inst. 2, 19, 5. Or [*de adeunda*] Solazzi, cited by Kübler.
[6] *titius* V.

---

§ 160. Cf. G. 1, 123. 138; 3, 114. § 161. = Inst. 2, 19, 3. *quia feminae*: G. 1, 104, &c. *serui quoque*: G. 2, 188. § 162–3. = Inst. 2, 19, 5. 6 init. *nisi si minor*: G. 4, 57. § 164. Cf. C. 6, 30, 17 (C.T. 8, 18, 8, 1, A.D. 407). § 165. Cf. G. 2, 171. 174. § 166. Cf. G. 2, 168. 176; 3, 36. 87. Examples: Textes 809. Bruns 1, 319. Riccobono, Fontes 3, 179.

regarding a wife who is in *manus*, as she is in the position of a daughter, and regarding a daughter-in-law in a son's *manus*, as she is in the position of a granddaughter. **160.** Moreover, the praetor extends a similar power of abstaining to a person in *mancipii causa* if he be instituted heir with freedom annexed, though like a slave he is a *necessarius heres* and not also a *suus heres*. **161.** All other heirs, not being subject to the testator's *potestas*, are termed *extranei*. Accordingly, even our children, if not in our *potestas*, are regarded as *extranei heredes* when instituted heirs by us. It follows that those instituted by their mother are also in this same category, because women do not hold their children in *potestas*. In the same category also are slaves instituted as heirs with freedom annexed and afterwards manumitted by their owner. **162.** *Extranei heredes* are allowed a power of deliberating whether to enter on the inheritance or not. **163.** But if an heir who has the power of abstaining meddles with hereditary property, or if one who is allowed to deliberate whether to enter on the inheritance enters on it, he has thereafter no power of abandoning the inheritance, except if he be under the age of 25. For the praetor relieves persons under that age if they rashly take up an insolvent inheritance, just as he does in all other cases where they have been deceived. I am aware, however, that the late emperor Hadrian relieved a person above the age of 25 in a case where after entry on an inheritance a large debt, which was unknown at the time of entry, came to light.

164. *Extranei heredes* are commonly given a *cretio*, that is a limited period for deliberation, so that they must either enter on the inheritance within the appointed period or in default of entry be barred on its expiry. This is called *cretio*, because *cernere* means to decide and determine. **165.** Thus, after writing: 'Be thou Titius my heir', we ought to add 'and do thou make *cretio* within the next hundred days during which thou knowest and canst. If thou dost not so make *cretio*, be thou disinherited'. **166.** One thus instituted heir must, if he wishes to be heir, make *cretio* within the appointed time, that is, he must make the following declaration: 'Whereas Publius Meuius by his will has instituted me his heir, I enter upon and make *cretio* of that inheritance.'

creuerit, finito tempore cretionis excluditur, nec quicquam proficit si pro herede gerat, id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur. **167.** At is qui sine cretione heres instit*ut*us sit, aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem uocatur, pote*st* aut cernendo aut pro herede gerendo uel etiam nuda uoluntate suscipiendae hereditatis heres fieri, eique liberum est quocumque tempore uoluerit adire hereditatem. ⟨*sed*⟩ solet praetor postulantibus hereditariis creditoribus tempus constituere, intra quod, si uel*i*t, ade*a*t hereditatem; si minus, ut liceat creditoribus bona defuncti uendere.

V p. 97 **168.** Sic*u*t autem ⟨*qui*⟩ cum cretione / heres institutus est, nisi creuerit hereditatem, non fit heres, ita non aliter excluditur quam si non creuerit intra id tempus quo cretio finita *est*.[1] itaque, licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen paenitentia actus superante die cretionis cernendo heres esse potest. **169.** At is qui sine cretione heres institutus est, qui*u*e ab intestato per legem uocatur, sicut uoluntate nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. **170.** Omnis autem cretio certo tempore constringitur. in quam rem tolerabile tempus uisum est centum dierum. potest tamen nihilo minus iure ciuili aut longius aut breuius tempus dari; longius autem in*t*erdum praetor coartat. **171.** Et quamuis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio uulgaris uocatur, alia certorum dierum: uulgaris illa quam supra exposuimus, id est, in qua *a*dici*u*ntur haec uerba: QUIBUS SCIET POTERITQUE; certorum dierum, in qua detractis his uerbis cetera scribuntur. **172.** Quarum cretionum magna differentia est. nam uulgari cretione data, nulli dies computantur nisi quibus scierit quisque se heredem esse institutum et possit cernere. certorum uero dierum cretio*ne* data, etiam nescient*i* se

V p. 98 heredem institutum esse numerantur dies con/tinui; item ei quoque qui aliqua ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei qui sub condicione heres in*s*titutus est, tempus numeratur. unde melius et aptius est uulgari cretione uti. **173.** Continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur. sed quia tamen[2] dura est haec cretio, altera *a* in us*u*[3] habetur; unde etiam uulgaris dicta est.

---

[1] So Krüger. *si* V. *sit* Kübler.

[2] *tamen*: gloss according to Krüger.

[3] So Krüger. *altera minus* V. *altera magis in usu* Kübler. But there are numerous conjecturcs as regards the present passage, from *unde melius* onwards.

---

§ 167. Cf. Inst. 2, 19, 7. G. 3, 87. Edictum § 208. § 168. Cf. G. 2, 144. 170. § 169. Cf. Inst. 2, 19, 7 in fin. § 171. Cf. G. 2, 164–5. § 172. Cf. G. 2, 190.

If he does not do this, he is barred when the time of *cretio* has ended, and it is of no avail that he behave as heir, that is, deal with the hereditary property as if he were heir. **167.** But one instituted heir without *cretio*, or one who is called to the *hereditas* by the statute-law of intestacy, can become heir either by making *cretio*, or by behaving as heir, or even by informal (expression of) intention to take up the inheritance, and is free to enter on the inheritance at whatever time he likes. The praetor, however, on the petition of the hereditary creditors commonly fixes a time within which he may, if he chooses, enter on the inheritance; otherwise, the creditors are to be allowed to sell up the deceased's assets. **168.** But just as a person instituted heir with *cretio* does not become heir unless he makes *cretio* of the inheritance, so he is only debarred from the inheritance by not having done this within the time-limit of the *cretio*. Hence, although he may, before the end of the period, have decided not to enter on the inheritance, he can change his mind and become heir by making *cretio* before the period has expired. **169.** On the other hand, just as a person instituted *heres* without *cretio*, or one entitled by statute on intestacy, becomes heir by informal (expression of) intention, so by a contrary (expression of) intention he is forthwith barred from the inheritance. **170.** *Cretio* is always limited by a definite period. For this purpose the period of 100 days has been found reasonable. Nevertheless, at civil law, a longer or a shorter period may be given; but the praetor sometimes shortens a longer period. **171.** Though *cretio* is always limited by a definite period, there is, nevertheless, one form of *cretio* called ordinary *cretio* and another known as *cretio* of fixed days. The former is that above set out, namely that with the addition of the words 'during which he knows and can'; that of fixed days is the same with these words omitted. **172.** There is a wide difference between the two. For when the ordinary *cretio* is given, only the days during which the man was aware that he had been instituted heir and was able to make *cretio* are counted against him. But where a *cretio* of fixed days is given, the days are counted against him continuously, even though he is not aware that he has been instituted heir, and even against one who for some reason is prevented from making *cretio*; and more than this, time runs against one instituted heir conditionally. Hence it is better and more suitable to employ the ordinary form. **173.** This *cretio* (of fixed days) is called continuous *cretio*, because the days are counted continuously. But since it works hardship, the other is the common form, which is why it is called ordinary *cretio*.

[De substit*uti*onibus.[1]]

174. *I*nterdum duos pluresue gradus heredum facimus, hoc modo: L. TITIUS HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS ⟨*CENTUM*⟩ PROXIMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE. QUODNI ITA CREUERIS, EXHERES ESTO. TUM MEUIUS HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM et reliqua. et deinceps in quantum uelimus substituere possumus. **175.** Et licet nobis uel unum in *u*nius locum substituere pluresue, et contra in plurium locum uel unum uel plures substituere. **176.** Primo itaque gradu scriptus heres hereditatem cernendo fit heres, et substitutus excluditur; non cernendo summouetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit. et deinceps, si plures gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit. **177.** Sed si cretio sine exheredatione sit data, id est *in* haec uerba: SI NON CREU*E*RI*S*, TUM P. MEUIUS HERES ESTO, illud diuersum inueni*tur*, qu*od*, si prior omissa cretione pro herede gerat, substi-
V p. 99 tutum in partem admittit, et fiunt ambo aequis partibus / heredes. quodsi neque cernat neque pro herede gerat, tum sane in uniuer*sum* summouetur, et substitutus in totam hereditatem succedit. **178.** Sed Sabino quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum; cum uero cretio finita sit, tum pro herede gerente admitti[2] substitutum. aliis uero placuit etiam superante cretione posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere, et amplius ad cretionem reuerti non posse.

179. Liberis nostris impuberibus quos in potestate habemus non solum ita ut supra diximus substitu*ere* poss*u*mus, id est ut, si heredes non extiterint, alius nobis heres sit, sed eo amplius ut, etiamsi heredes nobis extiterint et adhuc impuberes mortui fuerint, *s*it iis aliquis heres; uelut hoc modo: TITIUS FILIUS MEUS MIHI HERES ESTO. SI FILIUS MEUS MIHI ⟨*HERES NON ERIT SIUE HERES*⟩[3] ERIT ET *PRIUS*[4] MORIATUR QUAM IN SUAM TUTELAM UENERIT, TUN*C* SEIUS HERES ESTO. **180.** Quo casu, siquidem non extiterit heres filius, substitutus patris[5] fit her*es*; *si uero* heres extiterit filius et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. quam ob rem

[1] Principal hand.

[2] So Krüger. *gerente* (*gerento*?) *admittit* V. *gerentem admittere* Kübler, which is easier.

[3] Inst. 2, 16 pr.

[4] So Inst. *hic prius* V. *is prius* Kübler.

[5] So V. *patri* Inst., adopted by Krüger.

§ 174. Cf. Inst. 2, 15 pr. § 175. Cf. Inst. 2, 15, 1. § 176. Cf. G. 2, 166. 168. §§ 177–8. Cf. Ulp. 22, 34. § 179. = Inst. 2, 16 pr. § 180. = Inst. 2, 16 pr. 2.

174. Sometimes we make two or more grades of heirs, as follows: 'Be thou Lucius Titius my heir and do thou make *cretio* within the next 100 days during which thou knowest and canst. If thou dost not so make *cretio*, be thou disinherited. In that case be thou Meuius my heir and do thou make *cretio* within the next 100 days', &c. And we can go on substituting as often as we like. **175.** We may substitute one or more persons for a single heir and vice versa one or more persons for several heirs. **176.** The heir named in the first grade becomes heir by making *cretio*, and the substitute is shut out; by failing to make *cretio* he is himself shut out even if he behaves as heir, and the substitute steps into his place. And if there are further grades, the same results follow at each grade. **177.** But if *cretio* is enjoined without disinherison, that is in these words: 'if thou dost not make *cretio*, then be Publius Meuius my heir', there is this difference, that if the first-named, while omitting to make *cretio*, behaves as heir, he lets in the substitute for a share, and both become heirs in equal shares. But if he neither makes *cretio* nor behaves as heir, then clearly he is altogether shut out, and the substitute comes in for the whole inheritance. **178.** But Sabinus' opinion was that so long as the first person instituted had the right to make *cretio* and so become heir, the substitute was not let in by his merely behaving as heir; but that, once the period of *cretio* had run out, the substitute was let in even if he (the first-named) behaved as heir. But others have held that even if there is still time to make *cretio*, he can by behaving as heir let in the substitute for a share and can no longer fall back on *cretio*.

179. To our children below puberty and in our *potestas* we can institute substitutes not only in the manner we have described, namely to the effect that if they do not qualify as heirs someone else is to be our heir, but we can further appoint someone to be their heir in the event even of their qualifying as our heirs and dying whilst still below puberty, for example thus: 'Be thou my son Titius my heir. If my son shall not be my heir or shall be my heir and die before becoming his own tutor (reaching puberty), be thou Seius heir.' **180.** In this case, if the son does not qualify as heir, the substitute becomes heir to the father, but if he does qualify and dies before puberty, the substitute becomes heir to

V p. 100 duo quodammodo sunt testamenta, / aliud patris, aliud filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum hereditatum. **181.** Ceterum, ne post obitum parentis periculo insidiarum subiectus uideretur[1] pupillus, in usu est uulgarem quidem substitutionem palam facere, id est eo loco quo pupillum heredem instituimus: ⟨*nam*⟩ uulgaris substitutio ita uocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit cum uiuo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, cum scilic*et* uiuo testatore omnia quae in testamento scripta sint ignorentur. illa*m* autem substitutionem, per quam, *etiamsi* heres extiterit pupillus et intra pubertatem decesserit, substitutum uocamus, separatim in inferioribus tabuli*s* scribimus, easque tabulas proprio lino propriaque cera consignamus, et in prioribus tabulis cauemus ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc impubere aperiantur. sed longe *t*utius est utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari, qu*ia* si ita[2] consignatae uel separatae fuerint substitutione*s* ut diximus, e*x* priore potest intellegi in altera [alter] quoque

V p. 101 idem esse substitutus. **182.** / Non solum aut*em* heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere poss*u*mus ut, si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres quem nos uoluerimus, sed etiam exhere*d*atis. itaque eo casu, si quid pupillo ex hereditatibus legatisue aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit, id o*m*ne a*d* substitutum pertinet. **183.** Quaecumque diximus de substitutione impuberum liber*o*rum uel heredum institutorum uel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegemus. **184.** Extraneo uero heredi[3] instituto ita substituere non possum*us* ut, si heres extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit, sed hoc solum nobis permissum est, ut eum p*er* fideicommissum obligemus, ut hereditatem nostram totam uel ⟨*ex*⟩[4] parte restituat. quod ius quale sit suo loco trademus.

185. Sicut autem liberi homines, ita et serui, tam nostri quam alieni, heredes scribi possunt. **186.** Sed noster seruus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: STICHUS SERUUS MEUS

---

[1] So V. *uideatur* Krüger.
[2] So Kübler. *quaesita* V. *quod si ita* Krüger.
[3] *extraneo uero uel filio puberi heredi* Inst. 2, 16, 9.
[4] *pro* Krüger. *ex* Kübler.

---

§ 181. Cf. Inst. 2, 16, 3. §§ 182–3. = Inst. 2, 16, 4. § 184. = Inst. 2, 16, 9. *suo loco*: G. 2, 277 sq. §§ 185–7. Cf. Inst. 2, 14 pr. G. 2, 153; 1, 21. 123.

the son. This means that there are in a sense two wills, one the father's, the other the son's, just as if the son had instituted an heir for himself; or at any rate there is a single will dealing with two inheritances. **181.** But to guard the ward against foul play after his father's death the practice is to make the ordinary substitution openly, that is in the passage in which the ward is instituted. For the ordinary substitution calls the substitute to the inheritance only in the event of the ward not qualifying as heir at all; and this happens if he dies in his father's lifetime, in which case we cannot suspect malpractice by the substitute, since of course in the testator's lifetime the contents of his will are unknown. But the substitution whereby we appoint a substitute for the event of the ward qualifying as heir and dying before puberty we write separately, on later tablets, which tablets are closed up with strings and wax of their own, and it is provided in the earlier tablets that the later tablets shall not be opened whilst the son is alive and still below puberty. But it is far safer for both kinds of substitution to be closed up separately on later tablets, because if they are closed up and kept separate in the way we have described, it can be inferred from the prior substitution that the same person is substituted in the later. **182.** Not only if we institute our *liberi* below age as heirs is it in our power to appoint substitutes for them, so that if they die before coming of age the person of our choice will be heir, but also if we disinherit them. In such case, all that the ward has acquired by inheritances, legacies, or presents from relatives goes to the substitute. **183.** All we have said of substitution to instituted or disinherited *liberi* below age is to be understood to apply equally to *postumi*. **184.** But to an *extraneus heres* we cannot substitute to the effect that if he qualifies as heir and dies within a certain time someone else shall be his heir; all we can do is by means of a trust to lay him under an obligation to make over, in whole or in part, what he inherits from us. This branch of law will be explained in its proper place.

185. Slaves, whether our own or another's, can be appointed heirs just as well as free men. **186.** But a slave of our own must be declared free as well as heir simultaneously, as thus: 'Be thou

LIBER HERESQUE ESTO, uel HERES LIBERQUE *ESTO*. **187.** Nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona *eius* non constit*it*; ideoque, licet alienatus sit, non potest iussu domini noui
V p. 102 cernere hereditatem. **188.** Cum libertate uero heres / institutus, siquidem in ea*dem* causa durauerit, fit ex testamento liber et inde necessarius heres. si uero ab ipso testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest. quodsi alienatus sit, iussu noui domin*i* adire hereditatem debet, qua ratione per eum dominus fit heres; nam ips*e* neque heres neque liber esse potest. **189.** Alienus quoque seruus heres institutus, si in eadem causa durauerit, iussu domini hereditatem adire debet; si uero alienatus ab eo fuerit aut uiuo testatore aut post mortem eius, antequam cernat, debet iussu noui domini cernere; si uero manumissus est, suo arbitrio adire hereditatem pote*st*. **190.** Si autem seruus alienus heres institutus est uulgari cretione data, ita i*ntelle*gitur dies cretionis cedere, si ipse seruus scierit se heredem insti*t*utum esse, nec ullum impedimentum sit quominus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere possit.

191. Post haec uideamus de legatis. quae pars iuris extra propositam quidem materiam uidetur; nam loquimur de his iuris figuris quibus p*er* uniuersitatem res nobis adquiruntur. sed cum omni modo[1] de testamentis deque heredibus qui testamento instituunt*ur*
V p. 103 locuti sumus, non sine causa sequenti loco / poterit haec iuris materia tractari.

[De legatis.[2]]

192. Legatorum itaque genera sunt quattuor: aut enim per uindicationem legamus aut per damnationem aut sinendi modo aut per praeceptionem.

193. Per uindicationem hoc modo legamus: TITIO, uerbi gratia, HOMINEM STICHUM DO LEGO; sed ⟨*et*⟩ si alteru*trum*[3] uerbum positum sit, ueluti DO aut LEGO, aeque per ui*n*dicationem legatum est; item, ut magis *ui*su*m* est, si ita legatum fuerit: SUMITO, uel ita: SIBI HABETO, *uel* ita: CAPITO, aeque per uindicationem legatum est.

---

[1] So V. *omnino* most MSS. of Inst. 2, 20 pr.
[2] In capitals, in separate line.
[3] So Krüger. *alteru* . . V. *alterum* Kübler.

---

§ 188–9. = Inst. 2, 14, 1. Cf. G. 2, 87. 245. § 190. Cf. G. 2, 172.
§ 191. = Inst. 2, 20 pr. *Post haec*: G. 2, 97. § 192. Cf. Inst. 2, 20, 2. C. 6, 37, 21 (A.D. 339). § 193. *do lego*: G. 2, 104.

my slave Stichus free and my heir' or 'my heir and free'. **187.** For if he be instituted heir without freedom annexed, he cannot become heir even though later manumitted by his owner, because the institution did not hold good in respect of his person; so also, if he have been alienated, he cannot make *cretio* of the inheritance with the sanction of his new owner. **188.** But where he has been instituted heir with freedom annexed, he becomes, if he has remained in the same position, free in virtue of the will and therefore *heres necessarius*. But if he has been manumitted by the testator, he can choose for himself whether or not to enter on the inheritance; and if he has been alienated, he can enter with the sanction of his new owner, who thereby becomes heir through him; for the slave himself can be neither heir nor free. **189.** Again, if another man's slave having been instituted heir remains in the same position, he must enter on the inheritance with his owner's sanction, but if he is alienated by his owner, either in the testator's lifetime or after his death but before he makes *cretio*, he must make it with the sanction of his new owner; if, however, he has been manumitted, he can choose for himself whether or not to enter on the inheritance. **190.** Where another man's slave has been instituted heir subject to the ordinary *cretio*, the period of the *cretio* begins only when the slave himself is aware of his institution and there is nothing to prevent him from informing his master, so that he may be able to make the *cretio* with his sanction.

191. Next let us consider legacies. This branch of the law may appear to lie outside our present subject-matter; for we are dealing with the legal methods of acquiring things *per universitatem*. But seeing that we have spoken fully of wills and of heirs instituted by will, we shall be justified in taking next the law of legacies.

192. There are four kinds of legacies: for we legate either by vindication or by damnation or by way of permission or by preception.

193. By vindication we legate, for example, thus: 'To Titius I give and legate the slave Stichus'; but if only one or other of the words is used, as 'I give' or 'I legate', it is equally a legacy by vindication; so also, according to the prevailing opinion, if the legacy be in the form: 'Let him take', or 'Let him have for him-

194. Ideo *au*tem per uindicationem legatum appellatur, qui*a* post aditam hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit, et si eam rem legatarius uel ab herede uel ab alio quocumque qui eam possidet, petat, uindicare debet, id est intendere suam r*em* ex iure Quiritium esse. **195.** In eo solo dissentiunt prudentes, quod Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores quod ita legatum sit statim post aditam hereditatem putant fieri legatarii, etiamsi ignoret sibi legatum esse [dimissum], *sed*[1] posteaquam scierit et *spreu*erit[2] legatum, p*ro*inde esse atque si legatum non esset; Nerua uero et Proculus ceterique illius scholae auctores non alit*er* putant rem legatarii fieri quam si uoluerit eam ad se pertinere.
V p. 104 sed hodie, ex diui Pii Antonini / constitutione, hoc magis iure uti *u*idemur quod Proculo placuit; nam cum legatus fuisset Latinus p*er* uindicationem coloniae, 'Deliberent' inquit 'decuriones, an ad se uelint pertinere, proinde ac si uni legatus esset'. **196.** *E*ae autem solae res per uindicationem legant*ur* recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt. sed eas quidem res quae pondere numero mensura constant, placuit sufficere si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum, oleum, frumentum, pecuniam numeratam. ceteras res uero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est et quo facer*et* testamentum et quo moreretur; alioquin inutile est legatum. **197.** Sed sane hoc ita est iure ciuili. postea uero auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est, qu*o* cautum est ut, si eam rem quisque legauerit quae eius numquam fuerit, proinde util*e* sit legatum atque si optimo iure relictum esset; optimum autem ius est per damnationem legat*i*,[3] quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit. **198.** Sed si quis rem suam legauerit, deinde post testamentum factum eam alienauerit, plerique putant non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed ne*c* ex
V p. 105 senatusconsulto confirmari. quod ideo dictum / est quia, et si per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque postea alienauerit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium

[1] So Krüger and Kübler. *dimissum et* V. *sibi legatum demissum esse; posteaquam* Mommsen. Cf. Huschke's preface to his first edition, towards the end; Nordeblad, Gaiusstudien 84.

[2] So Kübler. *omiserit* Mommsen.

[3] *legatum* V. Cf. Ulp. 24, 11a.

§ 194. Cf. G. 2, 204. *intendere suam rem*: G. 4, 41. § 195. Cf. G. 2, 200. 204. Iul. D. 30, 86, 2. *legatus Latinus*: G. 2, 155; 3, 58. § 196. Cf. G. 202. 210. 220. 222. 261. § 197. Cf. G. 2, 212. 218. 220. 222. *inferius*: G. 2, 202. § 198. Cf. Inst. 2, 20, 12.

self', or 'let him seize'. **194.** It is called legacy by vindication because immediately on the inheritance being entered upon the thing becomes the legatee's by Quiritary title, and if he claims it from the heir or anyone else who possesses it, he must vindicate, that is, he must plead that the thing is his by Quiritary title. **195.** On a single point the learned differ. Sabinus, Cassius, and the rest of our teachers hold that a thing legated in this manner becomes the legatee's property immediately on the inheritance being entered upon, even though he is not aware of the legacy, but that if, having learnt of the legacy, he rejects it, it is as though it had not been left. On the other hand, Nerva and Proculus and the other authorities of that school hold that the thing becomes the property of the legatee only if that is his desire. At the present day, however, as the result of a constitution of the late emperor Antoninus Pius, the view taken by Proculus appears to be preferred. For in a case where a Latin (Junian Latin freedman) had been legated by vindication to a colony he said: 'The decurions are to consider whether they wish the Latin to be theirs, just as if he had been legated to an individual.' **196.** Only things belonging to the testator by Quiritary title can properly be legated by vindication. In the case of things reckoned by weight, number, or measure, such as wine, oil, corn, and money, it is held to be sufficient if they belong to the testator by Quiritary title at the time of his death. But all other things, it is held, are required to belong to him by Quiritary title at both times, namely that of his making the will and that of his death; otherwise the legacy is void. **197.** Such at least is the rule at civil law. But more recently a senatusconsult was passed on the authority of the emperor Nero whereby it is provided that, if a man legates a thing which at no time was his, the legacy is to be as valid as if it had been left in the most favourable form, that being legacy by damnation, whereby even another's property can be legated, as will appear below. **198.** If, however, a man legates what does belong to him, but after the execution of the will proceeds to alienate it, most authorities consider that not merely is the legacy void at civil law, but that it is not even validated by the senatusconsult. The ground for this view is that even where a man legates something belonging to him by damnation, yet if he afterwards alienates it, then although, in the view of the majority, by strict law the legacy is due, neverthe-

petentem posse per exceptionem doli mali repelli, quasi contra uoluntatem defuncti petat. **199.** Illud constat, si duobus pluribusue per uindicationem eadem res legata sit, siue coniunctim siue disiunctim, et omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim autem ita legatur: TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO LEGO; disiunctim ita: L. TITIO HOMINEM STICHUM DO LEGO. SEIO EUNDEM HOMINEM DO LEGO. **200.** Illud quaeritur, quod sub condicione per uindicationem legatum est, pendente condicione cuius *sit*.[1] nostri praeceptor*es* heredis esse putant exemplo statuliberi, id est eius serui qui testamento sub aliqua condicione liber esse iussus est, quem constat interea heredis seruum esse. sed diuers*ae* scholae auctores putant nullius interim ea*m* rem esse; quod multo magis dicunt de eo quod sine condicione[2] pure legatum est, antequam legatarius admittat legatum.

201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEUS STICHUM
V p. 106 SERUUM MEUM DARE DAMNAS ESTO. sed et si DATO / scriptum fuerit, per damnationem legatum est. **202.** Eo*que* genere legati etiam aliena res legari potest, *i*ta ut heres redimere ⟨*rem*⟩ et praestare aut aestimationem eius dare debeat. **203.** Ea quoque res quae in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, uelut FRUCTUS QUI IN ILLO FUNDO NATI ERUNT, aut QUOD EX ILLA ANCILLA NATUM ERIT. **204.** Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per uindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilo minus heredis est. et ideo legatarius in personam agere debet, id est intendere heredem sibi dare oportere; et tum heres ⟨*rem*,⟩[3] si mancipi sit, mancipio dare aut in iure cedere possessione*m*que tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit si tradiderit. nam si mancipi rem tantum tradiderit nec mancipauerit, usucapione pleno iure fit legatarii. completur autem usucapio, sicut alio quoque loco diximus, mobilium quidem rerum anno, earum uero quae solo

[1] *esset* V. *sit* Krüger.
[2] *sine condicione*: gloss, Polenaar–Krüger.
[3] So Kübler. *heres si* ⟨*res*⟩ *mancipi* Krüger.

§ 199. Cf. G. 2, 205. 215. 223. *adcrescere*: G. 2, 206 sq. Inst. 2, 20, 8. C. 6, 51, 1, 11 (A.D. 534). § 200. Cf. G. 2, 195. Ulp. 2, 1. 2. § 201. Cf. G. 3, 175. § 202. Cf. G. 2, 196, &c. 197. Inst. 2, 20, 4. § 203. = Inst. 2, 20, 7. § 204. Cf. G. 2, 194. 213. *in personam agere*: G. 2, 282. 283; 4, 9. 171. *si mancipi sit*: G. 2, 22. 41, &c. *possessionemque tradere*: G. 4, 131a. *si nec mancipi sit*: G. 2, 20. *alio loco*: G. 2, 42.

less the legatee's suit can be defeated by the *exceptio doli mali*, as running counter to the deceased's intention. **199.** All agree in this, that where the same thing is legated by vindication, whether conjunctively or disjunctively, to two or more persons, and all accept the legacy, each takes a share, and the share of a legatee who fails to take accrues to the co-legatee. Conjunctively one legates thus: 'To Titius and Seius I give and legate the slave Stichus'; disjunctively thus: 'to Lucius Titius I give and legate the slave Stichus. To Seius I give and legate the same slave.' **200.** Where a thing is legated conditionally by vindication, it is a question whose it is whilst the condition is pending. Our teachers hold it belongs to the heir, on the analogy of the *statuliber*, that is of a slave declared by a will free on condition, who admittedly belongs to the heir during the interim. But the authorities of the other school hold that during the interim the thing belongs to no one, and they maintain the same still more strongly of a thing legated unconditionally, up to when the legatee accepts the legacy.

201. By damnation we legate thus: 'Be my heir specially bound to convey my slave Stichus'; but if the will says 'let my heir convey', it is also a legacy by damnation. **202.** By this kind of legacy even another man's thing can be legated, so that the heir is bound to buy the thing and convey it, or else to pay its value. **203.** Also, a thing which does not exist, provided it will exist, can be legated by damnation, for example 'the coming crops of that land' or 'the child that shall be born of that slave-woman'. **204.** What has been so legated, even if it be unconditionally and immediately, is not acquired by the legatee at once on the inheritance being entered upon, as in the case of a legacy by vindication, but belongs none the less to the heir. Hence the legatee must sue for it by action *in personam*, that is he must plead that the heir is under an obligation to convey it to him; thereupon, if the thing be *mancipi*, the heir must either mancipate or surrender it *in iure*, and deliver possession; if it be *nec mancipi*, it suffices if he delivers it. For if he merely delivers a *res mancipi* without mancipating it, it becomes the legatee's in full right only by usucapion, which, as we have said elsewhere, is completed in one year in the case of movables and in

tenentur[1] biennio. **205.** Est et illa differentia huius ⟨*et*⟩ per uindicationem legati, quod si eadem res duobus pluribusue per damnationem legata sit, siquidem coniunctim, plane singulis partes debentur, sicut in illo ⟨*per*⟩ uindicationem legato *diximus*, *si uero*[2]
V p. 107 disiunctim, singulis solidum debetur.[3] ita fit / ut scilicet heres alteri rem, alteri aestimationem eius praestare debeat. et in coniunctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.

206. Quod autem diximus deficientis portionem *in* per damnationem quidem legato in hereditate retineri, in per uindicationem uero collegatario adcrescere, admonendi sumus ante legem Papiam *hoc* iure ciuili ita fuisse; post legem uero Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet qui in eo testamento liberos habent. **207.** Et quamuis prima causa sit in caducis uindicandis heredum liberos habentium, deinde, si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. **208.** Sed plerisque placuit, quantum ad hoc ius quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil interesse utrum per uindicationem an per damnationem legatum sit.

209. Sinendi modo ita legamus: HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE L. TITIUM HOMINEM STICHUM SUMERE SIBIQUE HABERE. **210.** Quod genus legati plus quidem habet ⟨*quam*⟩ per uindicationem legatum, minus autem quam per damnationem. nam eo
V p. 108 modo non solum suam rem / testator utiliter legare potest, sed etiam heredis sui; cum alioquin per uindicationem nisi suam rem legare non potest, per damnationem autem cuiuslibet extranei rem legare potest. **211.** Sed siquidem mortis testatoris tempore res uel ipsius testatoris sit uel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit. **212.** Quodsi post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, quaeritur an utile sit legatum. et plerique putant inutile esse. quid ergo est? licet aliquis eam rem legauerit, quae neque eius umquam fuerit neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde uidetur ac si per damnationem relicta esset.

---

[1] So Krüger. *teneantur* V.

[2] So (om. *illo*) Kübler. *sicut in illo uindicaii legat* (9 letters illegible) / *ro* V. *sicut in illo ⟨quod per⟩ uindicationem legatum est. si uero* Krüger.

[3] So Krüger. *solidae deuentur* V. *solida debetur* Kübler.

---

§ 205. Cf. G. 2, 199, &c. §§ 206–8. Cf. G. 2, 199, &c. 286. 286a. § 210. Cf. G. 2, 196, &c. § 212. *ex senatusconsulto Neroniano*: G. 2, 197, &c.

two years in the case of landed property. **205.** Another difference between this form of legacy and that by vindication is that where the same thing is legated by damnation to two or more persons, if this is done conjunctively, a share is clearly due to each, as in the case of a legacy by vindication, but if it is done disjunctively, the whole is due to each, with the result, of course, that the heir must give the thing to one legatee and its value to the other. Also, if the legacy is conjunctive, the share of a legatee who fails to take does not go to the co-legatee, but stays in the inheritance.

206. But in regard to our statement that under a legacy by damnation the share of a legatee who fails to take stays in the inheritance, whereas under a legacy by vindication it accrues to the co-legatee, it must be observed that this was so at civil law, before the *L. Papia*; but since that statute it becomes caducous and goes to the beneficiaries under the will who have children. **207.** And though the first place in claiming caducous gifts belongs to heirs having children, and the next, if the heirs are childless, to legatees having children, yet by the *L. Papia* it is expressly declared that a conjoined legatee having children is to be preferred to heirs, even if they have children. **208.** Most authorities hold that in regard to this right conferred by the *L. Papia* on conjoined legatees, it makes no difference whether the legacy be by vindication or damnation.

209. By way of permission we legate thus: 'Be my heir specially bound to permit Lucius Titius to take and have for himself the slave Stichus.' **210.** This kind of legacy has a wider application than that by vindication, but a narrower than that by damnation. For by it a testator can validly legate not only his own thing, but also that of his heir, whereas by vindication he can legate only his own, but by damnation that of any third party. **211.** If, then, at the time of the testator's death the thing belongs either to the testator or to the heir, the legacy is clearly valid, even though at the time of making the will it belonged to neither. **212.** But if the thing first becomes the property of the heir after the testator's death, it is a question whether the legacy is valid. Most authorities pronounce it invalid. But what follows? Even though what a man has legated was at no time his property and at no time afterwards became that of his heir, under the *SC. Neronianum* it is treated as

213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eo usque donec is [heres] tradendo uel mancipando uel in iure cedendo legatarii eam fecerit, ita et in sinendi modo legato iuris est. et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est: QUIDQUID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OPORTET. **214.** Sunt tamen qui putant ex hoc legato non uideri obligatum heredem ut mancipet
V p. 109 aut in iure cedat / aut tradat, sed sufficere ut legatarium rem sumere patiatur, quia nihil ultra ei testator imperauit quam ut sinat, id est patiatur, legatarium rem sibi habere. **215.** Maior illa dissensio in hoc legato interuenit, si eandem rem duobus pluribusue disiunctim legasti: quidam putant utrisque[1] solidam deberi, [sicut per uindicationem];[2] nonnulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant, quia, cum eo genere legati damnetur heres patientiam praestare ut legatarius rem habeat, sequitur ut, si priori patientiam praestiterit et is rem sumpserit, securus sit aduersus eum qui postea legatum petierit, quia neque habet rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit quominus eam rem haberet.

216. Per praeceptionem hoc modo legamus: L. TITIUS HOMINEM STICHUM PRAECIPITO. **217.** Sed nostri quidem praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant nisi ei qui aliqua ex parte heres scriptus esset; praecipere enim esse praecipuum sumere; quod tantum in eius persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipuum legatum habiturus sit. **218.** Ideoque, si extraneo legatum fuerit, inutile est
V p. 110 legatum; adeo ut Sabinus / existimauerit ne quidem ex ⟨*senatus-*⟩ consulto Neroniano posse conualescere. 'nam eo' inquit 'senatusconsulto ea tantum confirmantur, quae uerborum uitio iure ciuili non ualent, non quae propter ipsam personam legatarii non deberentur'. sed Iuliano et Sexto placuit etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum; nam ex uerbis etiam hoc casu accidere ut iure ciuili inutile sit legatum, inde manifestum esse, quod eidem aliis uerbis recte legaretur,[3] ueluti per uindicationem,

[1] *utrique*? Polenaar.

[2] Gloss according to Polenaar, Krüger, and Beseler. *sicut per damnationem* Goeschen, Huschke, Kübler.

[3] *unde manifestum est . . . recte legatur* V. *inde* and *esse* are generally accepted emendations; Krüger keeps *legatur*. Kübler *legaretur*.

§ 213. Cf. G. 2, 204. Edictum § 170. § 214. Cf. G. 2, 280. § 215. Cf. G. 2, 199, &c. § 218. Cf. G. 2, 197, &c. *Sexto*: Pomponio? Africano? Cf. Mommsen, Jur. Schr. 2, 25. *peregrino*: G. 2, 110. 285.

having been left by damnation. **213.** Just as a thing legated by damnation does not become the legatee's property at once on the *hereditas* being entered upon, but remains that of the *heres* until he has made it the legatee's by delivery, mancipation, or surrender *in iure*, so is the law also in the case of a legacy by way of permission. And consequently the action on account of such a legacy is likewise *in personam*, the claim being 'whatever the heir is under obligation by the will to convey or do'. **214.** Some, however, hold that under this form of legacy the heir is not to be held bound to mancipate or surrender *in iure* or deliver the thing, but that it suffices if he suffer the legatee to take it, because the testator has enjoined on him no more than that he permit, that is suffer, the legatee to have the thing for himself. **215.** A more serious division of opinion regarding this form of legacy arises where you have legated the same thing to two or more persons disjunctively. One view is that the whole is due to each; another that the first taker is preferred, because, seeing that under this form of legacy the heir is put under obligation merely to be passive, it follows that if he has been passive in regard to the first taker and that legatee has taken the thing, he (the heir) is unassailable by one claiming the thing later, because he neither has the thing so as to be able to suffer it to be taken by the second nor has by fraud prevented himself from having it.

216. By preception we legate thus: 'Let Lucius Titius take in advance the slave Stichus.' **217.** Now our teachers hold that a legacy in this form can be made to no one except to one who has been appointed in some part heir; for to precept is to take in advance, and this can only occur in the case of a person instituted heir in some part, because he is to get the legacy in advance, over and above his share of the inheritance. **218.** On this view a legacy by preception to a stranger (non-*heres*) is void; so much so that Sabinus held it was not even validated by the *SC. Neronianum*: 'for', he says, 'by that senatusconsult are validated only those legacies that are invalid at civil law by reason of defective expression, not those which fail because of some disability personal to the legatee'. According to Julian and Sextus, however, the legacy is validated by the senatusconsult in the latter case also; for it is patent that there too it is owing to the words used that the legacy is invalid at civil law, seeing that it would be valid if made to the

[et] per damnationem, sinendi modo; tunc autem uitio personae legatum non ualere, cum ei legatum sit cui nullo modo legari possit, uelut peregrino, cum quo testamenti factio non sit; quo plane casu senatusconsulto locus non est. **219.** Item, nostri praeceptores quod ita legatum est nulla ⟨*alia*⟩ ratione putant posse consequi *e*um cui ita fuer*i*t legatum qu*am* iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est diuidunda, accipi solet; officio enim iudicis id contineri, ut ei quod per praeceptionem legatum est adiudicetur. **220.** Unde intellegimus nihil aliud secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse nisi quod testatoris sit; nulla enim alia res quam hereditaria deducitur in hoc iudicium. itaque, si non suam rem
V p. 111 eo modo testator legauerit, / iure quidem ciuili inutile erit legatum, sed ex *s*enatusconsulto confirmabitur. aliqu*o* tamen casu etiam alienam rem ⟨*per*⟩ praeceptionem legari posse fatentur, ueluti si quis eam rem legauerit quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant solut*a* pecuni*a* *l*uere[1] eam rem, ut possit p*rae*cipere *is* cui ita legatum sit. **221.** Sed diuersae s*cho*l*ae* auctores putant etiam extraneo per praeceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur: TITIUS HOMINEM STICHUM CAPITO, superuacuo adiecta PRAE syllab*a*, ideoque per uindicationem ea*m* *rem* legatam uideri. quae sententia dicitur diui Hadriani constitutio*n*e confirmata esse. **222.** Secundum hanc igitur opinionem, si ea res ex iure Quiritium defuncti ruerit, po*test* a legatario uindicari, siue is unus ex heredibus sit siue extraneus; quodsi in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi uero familiae erciscundae iudicis officio praestabitur; quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi quam extraneo ex senatusconsulto utile erit. **223.** Siue tamen heredibus secundum nostrorum opinionem, siue etiam extraneis secundum illorum opinionem, duobus pluribusue
V p. 112 eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singuli / partes habere debent.

[Ad legem Falcidiam R.][2]

224. Sed ol*i*m quidem licebat totum patrimonium legatis atque

[1] So Lachmann and generally. *solutam pecuniam soluere* V.

[2] Capitals, in separate line.

§ 219. *erciscunda*: G. 3, 154a; 4, 17a. *adiudicetur*: G. 4, 42. § 220. Cf. G. 2, 196–7, &c. *fiduciae causa*: G. 2, 60; 3, 201. § 222. Cf. G. 2, 40. 196–7, &c. § 223. Cf. G. 2, 199, &c. § 224. Cf. Inst. 2, 22 pr. Ulp. 11, 14. XII Tabb. 5, 3 (Textes 14. Bruns 1, 23).

same person in different words, as by vindication or damnation or by way of permission, whereas a legacy is invalid owing to disability of the beneficiary only when it is left to one to whom it cannot be left in any form, as to a peregrine, in respect of whom there is no power of testation: in such a case admittedly the senatusconsult does not apply. **219.** Our teachers also hold that one to whom a legacy in this form has been left can recover it by no other method than an action for division of the inheritance, namely that lying between heirs *de hereditate erciscunda*, that is for its division; for it is in the province of the *iudex* to adjudicate to the legatee what has been left to him by preception. **220.** Hence it is intelligible that according to our teachers nothing can be legated by preception but what belongs to the testator; for nothing but what comes from the deceased is brought within the scope of this action. Consequently, if a testator legates by this method a thing that is not his, the legacy will be void at civil law; but it will be validated by the senatusconsult. Our teachers, however, admit that in a particular case there can be a legacy by preception of another's thing, where a man legates a thing which he has mancipated to his creditor by way of *fiducia*; for they consider that it lies within the powers of the *iudex* to compel the coheirs to redeem the thing by paying the debt, so that the legatee in question can have it in advance. **221.** But the authorities of the other school hold that there can be a legacy by preception even to a stranger, as if it were expressed: 'Let Titius take (*capito*) the slave Stichus', with a superfluous syllable *prae* added, and that therefore the thing appears to have been legated by vindication. This view is said to have been confirmed by a constitution of the late emperor Hadrian. **222.** According to this opinion, therefore, if the thing legated belonged to the deceased by Quiritary title, it can be vindicated by the legatee, whether he be one of the heirs or a stranger; but if it was the testator's by only bonitary title, the legacy will be valid under the senatusconsult if made to a stranger, but if to an heir will be secured to him under the powers of the *iudex* in the action for the division of the inheritance; while if the testator had no title to the thing at all, the legacy will be valid under the senatusconsult, whether made to an heir or to a stranger. **223.** If the same thing is legated conjunctively or disjunctively to two or more persons, each is entitled to a share, where the legatees are heirs according to our school, whether they are heirs or strangers according to the other school.

224. In ancient times it was permissible to exhaust the whole

libertatibus erogare, nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen hered*is*. idque lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur ut, quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his uerbis: UTI LEGASS*IT* SUAE REI,[1] ITA IUS ESTO. qua*re*[2] qui scripti heredes erant ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moricbantur. **225.** Itaque lata est lex Furia, qu*a*, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisue causa capere permissum non est. sed [et][3] haec lex non perfecit quod uoluit. qui enim uerbi gratia quinque milium acris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses legando totum patrimonium erogare. **226.** Ideo postea lata est lex Uoconia, qua cautum est ne cui plus legatorum nomine mortisue causa capere licerct quam heredes caperen*t*. ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere uidebantur; sed tamen fere uitium simile nasceb*a*tur. nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio poterat ⟨*testator*⟩ adeo heredi minimum relinquere, ut non expediret her*e*di
V p. 113 huius lucri gra/ti*a* totius hereditatis onera sustinere. **227.** Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est ne plus ei legare liceat quam dodra*n*tem. itaque necesse est ut heres quartam partem hereditatis habeat. et hoc n*un*c iure utimur. **228.** In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Fufia Caninia, sicut in primo commentario rettulimus.

[℞. De inutiliter relictis legatis ℞.[4]]

229. Ante heredis institutionem ⟨*in*⟩utiliter legatur, scilicet quia testamenta uim ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. **230.** Pari ratione nec libertas ante heredis institutioncm dari potest. **231.** Nostri praeceptor*es* nec tutor*em* eo loco dari posse existiman*t*, sed Labeo et Proculus tutorem posse dari, quod nihil ex hereditate crogatur tutoris datione. **232.** Post mortem quoque heredis inutiliter legatur, id est hoc modo: CUM HERES MEUS MORTUUS ERIT, DO LEGO, aut DATO. ita autem recte legatur: CUM HERES ⟨*MEUS*⟩ MORI*E*TUR,[5] quia non post mortem here-

[1] *legasset suae res* V. Cf. Inst. 2, 22 pr.
[2] So Krüger. *quaae* V. *qua de causa* Kübler.
[3] So Kübler.
[4] Separate line, principal hand.
[5] *cum heres moriatur* V. Against the usual corrections: Ulp. 24, 16.

§ 225. Cf. G. 4, 23. 24. *lex Furia*: probably after *L. Cincia* of 204 B.C.; certainly before *L. Uoconia* of 169 B.C. § 226. *lex Uoconia*: 169 B.C. Cf. G. 2, 274. § 227. *lex Falcidia*: 40 B.C. Cf. Inst. 2, 22. Bruns 1, 110 (add Gaius

estate by legacies and gifts of liberty, and to leave the heir nothing but the empty title of heir. And the law of the Twelve Tables seemed to allow this, by providing that whatever a man had by his will enjoined regarding his property should hold good, the words of the statute being: 'as a man shall have legated of his property, so let law be'. In consequence, testamentary heirs would abstain from the inheritance, and thus many persons used to die intestate. **225.** Hence was enacted the *L. Furia*, whereby no one except certain persons was allowed to take more than 1,000 *asses* by legacy or gift *mortis causa*. But this statute failed of its purpose. For a man having, for example, an estate worth 5,000 *asses* could exhaust the whole estate by giving a legacy of 1,000 to each of five persons. **226.** Later, therefore, the *L. Voconia* was enacted, providing that no one might by legacy or gift *mortis causa* take more than the heirs. By this statute the heirs would evidently obtain at any rate something; but a similar defect came to light. For by distributing his estate among numerous legatees a testator was able to leave his heir so very little that it was not to the latter's interest to shoulder the burdens of the whole inheritance for so little gain. **227.** Consequently the *L. Falcidia* was enacted, providing that a testator may not legate more than three-quarters of his estate. An heir is thus bound to get a quarter of the inheritance. And this is the law observed to-day. **228.** The *L. Fufia Caninia*, as mentioned in our first book, moderated extravagance in the giving of liberty (by will to slaves).

229. A legacy preceding the institution of an heir is void, for the simple reason that wills derive their whole efficacy from the institution of an heir, and on this account the institution of an heir is reckoned to be, as it were, the source and foundation of the whole will. **230.** On the same ground also liberty cannot be conferred before the institution of an heir. **231.** Our teachers hold that tutors too cannot be appointed in that place. But Labeo and Proculus hold that this can be done, because by the appointment of a tutor nothing is taken out of the inheritance. **232.** Void also is a legacy to take effect after the death of the heir, that is, if made in this way: 'When my heir shall have died, I give and legate' or 'let him give'. But the legacy is good if expressed thus: 'When my heir shall die', because the gift is not after the death of the heir, but

---

D. 35, 2, 81, 2). § 228. Cf. G. 1, 42 sq. §§ 229–30. = Inst. 2, 20, 34. Cf. G. 2, 116. 186. 248. § 231. Cf. Inst. 1, 14, 3. G. 2, 237. § 232. Cf. Inst. 2, 20, 35. G. 3, 100.

dis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. rursum, ita non potest legari: PRIDIE QUAM HERES MEUS MORIETUR; quod non
V p. 114 pretiosa ratione receptum uidetur. **233.** / Eadem et de libertatibus dicta intellegemus. **234.** Tutor uero an post mortem heredis dari possit quaerentibus eadem forsitan poterit esse quaestio quae de ⟨*eo*⟩ agitatur qui ante heredum institutionem datur.

[De poenae causa relictis legatis.[1]]

235. Poenae quoque nomine inutiliter legatur. poenae autem nomine legari uidetur quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliquid faciat aut non faciat, ueluti quod ita legatur: SI HERES MEUS FILIAM SUAM TITIO IN MATRIMONIUM COLLOCAUERIT, X ⟨*MILIA*⟩ SEIO DATO, uel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIUM NON COLLOCAUERIS, X MILIA TITIO DATO. sed et si here*dem*, ⟨*si*,⟩ uerbis gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, x ⟨*milia*⟩ Titio dare[2] iusserit,[3] poenae nomine legatu*m est*. et denique ex ipsa definitione multas similes species *cir*cumspicere[4] possumus. **236.** Nec libertas quidem poenae nomine dari potest, quamuis de ea re fuerit quaesitum. **237.** De tutore uero nihil possumus quaerere, quia non po*te*st datione tutoris heres compelli quidquam facere aut non facere, ideoque ⟨*etsi secundum mentem testatoris is qui tutor*⟩ datu*s* ⟨*est*⟩[5] poenae no*m*ine tutor datus fuerit, magis sub condicione quam p*oe*nae nomine datus uidebitur.

238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. incerta
V p. 115 autem uidetur persona quam per incertam opinionem / animo suo testator subici*t*, u*elut cum* ita legatum sit: QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM UEN*ERIT*, *EI HERES* MEUS X ⟨*MILIA*⟩ DATO. idem iuris est si generaliter omnibus legauerit: QUICUMQUE AD FUNUS MEUM UENERIT. i*n* eadem causa est quod ita relinquitur: QUICUMQUE FILIO MEO IN MATRIMONIUM FILIAM SUAM COLLOCAUERIT, EI HERES MEUS X MILIA DATO. illud quoque [in eadem causa est][6] quod ita relinquitur: QUI POST *TE*STAMENTUM ⟨*SCRIPTUM PRIMI*⟩[7] CONSULES DESIGNATI ERUNT, aeque incertis personis legari uidetur. et denique aliae multae huiusmodi species sunt. sub certa uero demonstratione incertae personae recte legatur, ueluti: EX COGNATIS MEIS QUI NUNC

---

[1] Separate line, principal hand.

[2] *dari* V.

[3] *iusserit* ⟨*testator*⟩ Kübler. Cf. 2, 226.

[4] The word is not quite suitable, and, the reading being doubtful, Krüger leaves a blank.

[5] Mommsen's conjectures made by way of illustration.

[6] Gloss. Or perhaps another example has been omitted: so Kniep, citing C. 6, 48, 1, 27, but with no support from Inst.

[7] Cf. Inst. 2, 20, 25.

at the last moment of his life. But again, one cannot legate thus: 'On the day before my heir dies', though this ruling seems to have been accepted without sufficient reason. **233.** The same remarks are to be taken to apply to gifts of liberty. **234.** The question whether a tutor can be appointed after the death of the heir may perhaps be regarded as raising the same issue as the question which arises as to the appointment of a tutor before the institution of the heir.

235. A legacy by way of penalty is also void. Considered as such is one that is left for the purpose of constraining the heir to do or not to do something, for example the following: 'If my heir gives his daughter in marriage to Titius, let him pay Seius 10,000 sesterces', or this one: 'If thou dost not give thy daughter in marriage to Titius, do thou pay Titius 10,000 sesterces'; and again, if the testator orders the heir, in the event of his not erecting a monument to him (the testator) within, say, two years, to pay Titius 10,000 sesterces. And, to cut matters short, from the very definition one can conceive many similar illustrations. **236.** Neither can liberty be conferred by way of penalty, though on this point there has been question. **237.** But concerning the appointment of a tutor there can be no question, because by the appointment of a tutor the heir cannot be constrained to do or not to do anything, and therefore, even if in the testator's intention an appointment of a tutor was by way of penalty, the appointment will be regarded as conditional rather than penal.

238. A legacy to an uncertain person is void. A person is considered uncertain of whom the testator had no certain conception, as where the legacy runs: 'To the first person who comes to my funeral let my heir pay 10,000 sesterces.' The law is the same if the legacy be to all in general 'whosoever shall come to my funeral'. In the same case is a legacy left thus: 'Let my heir pay 10,000 sesterces to whoever gives his daughter in marriage to my son.' Also, a legacy 'to the first persons designated consuls after the making of this will' is equally considered to be to uncertain persons. And in short there are many other cases of this kind. But a legacy to an uncertain person of a defined class is valid, for

---

§ 234. *eadem quaestio*: G. 2, 231. 237. §§ 235–6. Cf. G. 2, 243. 288. Inst. 2, 20, 36. § 237. Cf. G. 2, 231. § 238. Cf. Inst. 2, 20, 25. G. 2, 287.

SUNT QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM UENERIT, EI X MILIA HERES MEUS DATO. **239.** Libertas quoque non uidetur incertae personae dari posse, quia lex Fufia Caninia iubet nominat*im* seruos liberari. **240.** Tutor quoque certus dari debet. **241.** Postumo quoque alieno inutiliter legat*ur*. ⟨*est*⟩ autem alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est. ideoque ex *e*mancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus post*umus est*;[1] *item qui* in utero est eius quae *i*ure ciuili non intellegitur uxor, extraneus postu-
V p. 116 mus patris intelle/git*ur*. **242.** Ac ne heres quidem potest institui postumus alienus; est enim incerta persona. **243.** Cetera uero quae supra diximus ad legata proprie pertinent. quamquam non immerito quibusdam placeat poenae nomine heredem institui non posse; nihil enim interest utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adiciatur, quia tam coheredis adiectione quam legati datione compellitur ut aliquid contra propositum suum faciat aut non faciat.

244. An ei qui in potestate sit eius quem heredem instituimus recte le*g*emus, quaeritur. Seruius recte legari putat, sed euanescere legatum si, quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in pote*state* sit, ideoque, siue pure legatum sit et uiuo testatore in potestate heredis esse desierit, siue sub condicione et ante condicionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte, putant; licet enim uiuo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia, quod nullas uires habiturum foret si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo
V p. 117 ualere, quia *ui*tam longius traxerit, absurdum esse*t*. *sed* / diuersae *s*cholae auctores nec sub condicione recte legari, quia, quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione quam pure debere possumus. **245.** Ex diuerso constat ab eo qui in potestate ⟨*tua*⟩ est herede instituto recte tibi legari; sed si tu per eum heres extiteris, euanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si uero filius emancipatus aut seruus manumissus erit uel in alium translatus, et ipse heres extiterit aut alium fecerit, deberi legatum.

---

[1] *extraneus erat postumus auo* Inst. 2, 20, 26.

---

§ 239. Cf. Inst. 2, 20, 25. G. 1, 46. § 240. Cf. Inst. 2, 20, 25. 27 fin. § 241. Cf. Inst. 2, 20, 26–7. G. 2, 287. § 242. Cf. G. 1, 147; 2, 287. Inst. 2, 20, 28. § 243. Cf. Inst. 2, 20, 36. *supra*: G. 2, 235. § 244. Cf. Inst. 2, 20, 32. Celsus D. 34, 7, 1 pr. § 245. Cf. Inst. 2, 20, 33.

instance: 'To that one of my kindred now living who is the first to come to my funeral let my heir pay 10,000 sesterces.' **239.** It appears to be also impossible to confer liberty on an uncertain person, because the *L. Fufia Caninia* requires slaves to be liberated by name. **240.** Appointment to be tutor must also be of a certain person. **241.** A legacy to an afterborn stranger is likewise void. An afterborn stranger is one who when born will not be of the testator's *sui heredes*. Thus even a grandson begotten by an emancipated son is an afterborn stranger; also a child in the womb of a woman whom the civil law does not regard as a wife is an afterborn stranger in relation to his father. **242.** Nor yet can an afterborn stranger be instituted heir; for he is an uncertain person. **243.** But though in general the rules we have stated apply strictly only to legacies, it is a reasonable opinion held by some that an heir cannot be instituted by way of penalty; for it makes no difference whether an heir be charged with a legacy in the event of his doing or not doing something, or if a coheir be added to him, seeing that he is constrained to do or not to do something against his own desire as much by the addition of a coheir as by the charging of a legacy.

244. It is a question whether we can validly legate to one who is in the *potestas* of him whom we are instituting heir. Servius holds that the legacy is valid, but that it is avoided if, at the time when the legacies vest, the legatee is still in *potestas*, and that therefore the legacy is due alike if it be unconditional and the legatee cease in the testator's lifetime to be in the heir's *potestas*, or if it be conditional and the same happen before the condition is fulfilled. Sabinus and Cassius hold such a legacy to be valid if conditional but invalid if unconditional, arguing that though it is possible that the legatee may cease during the testator's lifetime to be in the *potestas* of the heir, the legacy must nevertheless be considered void, for the reason that it would be absurd that what would be invalid if the testator died immediately after the execution of the will should be valid just because he had a longer span of years. The authorities of the other school hold the legacy invalid even if conditional, on the ground that we can no more be conditionally debtors of those in our *potestas* than we can unconditionally. **245.** On the other hand, it is agreed that a legacy to you can validly be charged upon one in your *potestas* who is instituted heir, but that if you become heir through him, the legacy is avoided, because you cannot owe yourself a legacy; if, however, the person instituted, being a son, is emancipated or, being a slave, is manumitted or transferred to someone else, and either qualifies as heir himself or makes someone else heir, the legacy, it is held, is due.

246. *Nunc*[1] transeamus ad fideicommissa.

247. Et prius de hereditatibus uideamus. **248.** Imprimis igitur sciendum est opus esse ut aliquis heres recto iure instituatur, eiusque fidei committ*a*tur ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur. **249.** Uerba autem [utilia][2] fideicommissorum haec [recte][2] maxime in usu esse uidentur: PETO, ROGO, UOLO, FIDEI COMMITTO; quae proinde firma singula sunt atque si omnia in unum congesta sint. **250.** Cum igitur scripserimus: ⟨*L.*⟩ TITIUS HERES ESTO, possumus adicere: ROGO TE L. TITI PETOQUE A TE UT, CUM PRIMUM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, GAIO SEIO REDDAS RES*TI*TUAS. possumus autem et de parte restituenda rogare; et liberum est uel sub condi-
V p. 118 cione uel pure relinquere / fideicommissa, uel ex die certa. **251.** Restituta autem hereditat*e* is qui restituit nihilo minus heres permanet; is uero qui recipit hereditatem aliquando heredis loco est, aliquando legatarii. **252.** Olim autem ne*c* heredis loco erat nec legatarii, sed potius emptoris. tunc enim in *u*su erat ei cui restituebatur hereditas nummo uno eam hereditatem dicis causa uenire, et quae stipulationes ⟨*inter uenditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eaedem interponebantur*⟩[3] inter heredem et eum cui restituebatur hereditas, id est hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo cui restituebatur hereditas ut, quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, siue quid alias bona fide dedisse*t*, eo nomine inde*m*nis *es*set, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur; ille uero qui recipiebat hereditatem inuicem stipulabatur ut, si quid ex hereditate ad heredem peruenisset, id sibi restitueretur, ut etiam pateretur eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. **253.** Sed posterioribus temporibus,[4] Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est ut, si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones quae iure ciuili heredi et in heredem competerent ⟨*ei*⟩[5] et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas.

[1] *Nunc* Inst. 2, 23 pr. *Hinc.* V. [2] om. Inst. 2, 24, 3—gloss.
[3] Cf. 2, 254; 257, and Autun Gaius 67 (Kübler).
[4] *Et in Neronis quidem temporibus* Inst. 2, 23, 4. [5] So Inst.

§§ 246–7. = Inst. 2, 23 pr. *nunc*: G. 2, 191. § 248. = Inst. 2, 23, 2 init. § 249. = Inst. 2, 24, 3. Cf. C. 6, 37, 21 (A.D. 339). C. 6, 43, 2 (A.D. 531). § 250. = Inst. 2, 23, 2 fin. § 251. = Inst. 2, 23, 3. Cf. G. 2, 253–5. § 252. Cf. G. 2, 257 fin. *procuratorio aut cognitorio*: G. 4, 86. § 253. = Inst. 2, 23, 4. *posterioribus temporibus*: A.D. 56. *senatusconsultum*: Bruns 1, 202. *praetor*: Edictum § 68.

246. Let us now pass on to trusts.

247. And to begin with let us consider their application to inheritances. **248.** In the first place it must be borne in mind that it is necessary that someone be instituted heir directly, and that it be committed to his good faith to make over the inheritance to someone else; for a will in which no one is directly instituted is void. **249.** The following words seem to be the most usual in imposing trusts: 'I beg', 'I request', 'I desire', 'I commit to your good faith'; any one of them by itself is as binding as if all are employed cumulatively. **250.** Thus, after writing: 'Be thou Lucius Titius my heir', we may add: 'I request and beg thee, Lucius Titius, as soon as thou art able to enter upon my inheritance, to render and make it over to Gaius Seius.' We may, however, likewise make the request with regard to a fraction of the inheritance; also it is open to us to leave trusts conditionally or absolutely, or as from a certain date. **251.** After the inheritance has been transferred, the transferor still remains heir, while the transferee is sometimes in the position of an heir, sometimes in that of a legatee. **252.** But in former times he was in the position neither of an heir nor of a legatee, but rather in that of a purchaser. For the practice then was that the inheritance should formally be sold for a nominal sum to him to whom it was being made over, and the same stipulations as are usual between the vendor and the purchaser of an inheritance were entered into between him and the heir, that is to say, the heir would stipulate from the recipient of the inheritance that he (the heir) should be indemnified against any judgment given against him, and in respect of anything he might otherwise part with in good faith, on account of the inheritance, and that in general he should, if sued on account of the inheritance, be properly defended, while on his side the recipient of the inheritance stipulated that whatever should have come to the heir from the inheritance should be made over to him (the recipient), and further that the heir should suffer him to bring the actions belonging to the inheritance as his *procurator* or *cognitor*. **253.** But in more recent times a senatusconsult passed in the consulship of Trebellius Maximus and Annaeus Seneca has provided that where an inheritance has been made over in obedience to a trust, the actions which would lie at civil law in favour of and against the heir should be granted in favour of and against him to whom the inheritance has been made over under the trust. In consequence

per quod senatusconsultum desierunt illae cautiones in usu haberi./
V p. 119 praetor enim utiles actiones ei et in eum qui recepit hereditatem quasi heredi et in heredem dare coepit, *e*aeque in edicto proponuntur. **254.** Sed rursus, quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, po*stea*, Pegaso et Pusione ⟨*consulibus*,⟩[1] senatus censuit, ut ei qui rogatus es*set*[2] hereditatem restituere proinde liceret quartam partem retinere atque e lege Falcidia in legatis retine*re*[3] conceditur; ex singulis quoque rebus quae per fideicommissum relincuntur eadem retentio permissa est. per quod senatusconsultum ipse ⟨*heres*⟩[4] onera hereditaria sustinet; ille autem qui ex fideicommisso rel*i*quam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est eius legatarii cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio uocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. unde effectum est ut, quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, ea*e*dem interponantur inter eum qui ex fideicommissi causa recipi*t* hereditatem et heredem, id est ut *e*t lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit. **255.** Ergo,
V p. 120 siquidem non plus qua*m* dodrantem / hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tum ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas, *e*t in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dan*tur*, in heredem quidem iure ciuili, in eum uero qui recipit hereditatem ex senatusconsulto Trebelliano; quamquam heres etiam pro ea parte quam restituit heres permane*t*, eique et in eum solidae actiones competunt; sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet. **256.** At si quis plus quam dodrantem uel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus e*s*t Pegasiano senatusconsulto. **257.** Sed is qui se*m*el adierit hereditatem, si modo sua uoluntate adierit, siue retinuerit quartam partem siue noluerit retinere, ipse uniuersa onera hereditaria sustine*t*; sed quarta quidem retenta quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent,

---

[1] *postea Uespasiani Augusti temporibus Pegaso et Pusione consulibus* Inst. 2, 23, 5.
[2] So Inst. *est* V.
[3] So Inst. *retinendis* V. *retinendi ius* Kübler (cf. 3, 75). Or gloss (Mommsen)?
[4] So Inst.

---

§ 254. = Inst. 2, 23, 5. Cf. G. 2, 227. 256. 286a. *Pegaso et Pusione coss.*: 'Uespasiani temporibus' Inst. *partitio*: Ulp. 24, 25. §§ 255–8. = Inst. 2, 23, 6. Cf. § 7.

of this senatusconsult the stipulations above mentioned have fallen out of use. For the praetor now gives *actiones utiles* in favour of and against the recipient of the inheritance as though in favour of and against the heir, and these actions are published in the Edict. **254.** Another point: seeing that heirs, when requested to make over the whole or almost the whole inheritance, used commonly to refuse to enter on the inheritance for very little or no gain and thereby trusts were being brought to nought, the senate later, in the consulship of Pegasus and Pusio, decided that one who had been requested to make over an inheritance should be permitted to retain a quarter of it, just as he is allowed to do against legacies under the *L. Falcidia*; and the same right to retain a quarter was allowed against trust gifts of individual things. In consequence of this senatusconsult it is the heir who carries the burdens of the inheritance, whilst the recipient of the remaining fraction of the inheritance is in the position of a partiary legatee, that is of a legatee to whom a fraction of the estate is left. This kind of legacy is called a *partitio*, because the legatee shares (*partitur*) the inheriance with the heir. The result is that the stipulations customary between an heir and a partiary legatee are entered into between the recipient of an inheritance on account of a trust and the heir; these stipulations provide that both profit and loss on the inheritance shall be shared between the parties proportionately to their respective fractions. **255.** Accordingly, if a testamentary heir is requested to make over not more than three-quarters of the inheritance, then the transference takes place under the *SC. Trebellianum*, and the actions arising from the inheritance are granted against each proportionately, against the heir by civil law and against the transferee of the inheritance under the *SC. Trebellianum*. It is true the heir remains such in respect also of the fraction which he has made over, and (at civil law) actions arising out of the inheritance lie in favour of and against him in full, but (by the *SC.*) his liability is carried no farther than, and actions in his favour are not granted beyond, the beneficial interest in the inheritance remaining with him. **256.** Where, however, the heir is requested to make over more than three-quarters or even the whole of the inheritance, the *SC. Pegasianum* comes into operation. **257.** Now, once the heir has entered on the inheritance, provided he does so voluntarily, he shoulders the whole of the liabilities of the inheritance, whether he retains his quarter or chooses not to. But if he retains his quarter, stipulations dividing

tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si uero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emptae et uenditae hereditatis stipulationes interponendae sunt. **258.** Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem, ob id quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cauetur *Pega*siano senatusconsulto
V p. 121 ut, desiderante eo cui restituere rogatus est, iussu / praetoris adeat et restituat, proindeque ei et in eum qui receperit ⟨*hereditatem*⟩[1] actiones dentur ac iuris est ex senatusconsulto Trebelliano. quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic qui restituit securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur qui receperit hereditatem. **259.** Nihil autem interest utrum aliquis ex asse heres institu*tus*[2] aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur; nam et hoc casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasi*ano* senatusconsulto haberi solet.

260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, uelut fundum, hominem, u*este*m, argentum, pecuniam, et uel ipsum heredem rogare ut alicui restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non possit. **261.** Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis aut legatarii aut cuiuslibet alterius. itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam de alia, siue ipsius legatarii siue aliena sit. [sed][3] hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur aliis restituere quam ipse ex testamento ceperit; nam /
V p. 122 quod amplius est inutiliter relinquitur. **262.** Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei qui rogatus est aut ips*am* redimere et praestare, aut aestimationem *eius*[4] soluere, s*icut iuris est si* per damnationem aliena res legata sit. sunt tamen qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non uendat, extingui fideicommissum, sed aliam esse causam per damnationem legati.

263. Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest, ut uel heres rogetur manumittere uel legatarius. **264.** N*ec interest utrum de suo proprio*[5] seruo testator roget, an de eo qui ipsius

[1] *recipit* (or *recepit*) *hereditatem* Inst. 2, 23, 6.
[2] So Inst. 2, 23, 8. *instituatur* V.
[3] Perhaps better omitted, with Inst. 2, 24, 1.
[4] So Inst. V illegible.
[5] Inst. 2, 24, 2. V illegible.

§ 259. = Inst. 2, 23, 8. § 260. = Inst. 2, 24 pr. Cf. G. 2, 271. §§ 261–2. = Inst. 2, 24, 1. §§ 263–7. = Inst. 2, 24, 2. § 264. Cf. G. 2, 272.

the rights and liabilities proportionately as between a partiary legatee and an heir must be entered into. If, however, he makes over the whole inheritance, stipulations on the model of those between a purchaser and vendor of an inheritance must be entered into. **258.** But if a testamentary heir refuses to enter on the inheritance, alleging that he doubts its solvency, it is provided by the *SC. Pegasianum* that if the person to whom he has been requested to transfer so desires, he be ordered by the praetor to enter on and transfer the inheritance, and that actions be granted in favour of and against the transferee as under the system of the *SC. Trebellianum.* In this case no stipulations are required, because the transferor of the inheritance is protected against liability and at the same time the actions arising from the inheritance are carried over in favour of and against the transferee. **259.** It makes no difference whether an heir instituted to the whole inheritance is requested to make over the whole or a fraction of it, or an heir instituted to a share is requested to make over the whole or a fraction of that share; for in the latter case also account is taken under the *SC. Pegasianum* of the quarter of his share.

260. It is also possible to leave individual things, such as land, a slave, a garment, silver, or money, by means of a trust, and the request to make the things over may be addressed either to the heir himself or to a legatee, though a legacy cannot be charged on a legatee. **261.** Further, not only what belongs to the testator, but also what belongs to the heir or legatee or to anyone at all may be left by means of a trust. Thus one may request even a legatee to make over to someone else not only the actual thing legated to him, but also something else, whether belonging to the legatee himself or to a third party. The only point to beware of is that a man be not requested to make over to others more than he himself takes under the will; for beyond that the request is ineffectual. **262.** Where a third party's thing is left by way of trust, the person charged with the trust is bound either to buy the actual thing and make it over, or else to pay its value, as is the law where a third party's thing is legated by damnation. Some, however, hold that if the owner of the thing left by way of trust will not sell it, the trust is avoided, but that in the case of a legacy by damnation it is otherwise.

263. Also, liberty can be conferred on a slave by means of a trust, either the heir or a legatee being requested to manumit him. **264.** It makes no difference whether the request concerns a slave

heredis aut legatarii uel etiam extranei sit. **265.** Itaque et alienus seru*us* redimi et manumitti debet. quodsi dominus eum non uendat, sane extinguitur fideicommissaria libertas, quia hoc *casu* pretii computatio nulla interuenit. **266.** Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris seruus *fuerit*,[1] sed eius qui man*umitt*it. **267.** At qui directo testamento liber esse iubetur, uelut hoc modo: STICHUS SERUUS ⟨*MEUS*⟩ LIBER ESTO, uel hoc: STICHU*M* SERUUM MEUM LIBERUM ESSE IUBEO, hic[2] *ipsius testa*toris fit libertus. nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest quam qui utroque tempore testatoris ex iur*e Quiritium fuerit, et quo fa*ce*ret*[3] testamentum et quo moreretur./

V p. 123 **268.** Multum autem diff*erunt ea* quae per fideicommissum rel*incun*tur ab his qu*ae* directo iure legantur. **269.** Nam ecce per fideicommissum . . . heredis relinqui potest, cum alioquin legatu*m* . . . inutile sit.[4] **270.** Item, intestatu*s* moriturus potest ab eo ad quem bona eius pertinent fidci*commissum* alicui relinquere, cum alioquin ab eo legari non possit. **270a.** *Item, legatum codicillis*[5] relictum non aliter ualet quam si a testatore confirmati fuerint, id est nisi in testamento caue*rit* testator ut, quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit. fideicommissum uero etiam non confirmatis codicillis relinqui potest. **271.** Item, a legatario legari non potest, sed fideicommissum relinqui potest. quin etiam ab eo quoque cui per fideicommissum relinquimus rursus alii per fideicommissum relinquere possumus. **272.** Item, seruo alieno directo libertas dari non potest, sed per fideicommissum potest. **273.** Item, codicillis nemo heres institu*i* potest neque exheredari, quamuis testamento confirmati sint. *a*t is qui testamento heres institutus est potest codicillis rogari ut eam hereditatem alii totam uel ex parte restituat, quamuis testamento codicilli con-
V p. 124 firmati non sint. / **274.** Item mulier, quae ab eo qui centum milia aeris census est per legem Uoconiam here*s* institu*i* non

---

[1] *sit* Inst., but too short for the space in V.

[2] Or *is*. *his* V. [3] Cf. Inst.

[4] See Apogr. for Bluhme's unconfirmable readings in these two gaps of about 6 and 14 letters respectively. Krüger: *per f.c. etiam ab herede heredis relinqui potest; cum alioquin legatum ita relictum inutile sit*—cf. Epit. 2, 7, 8. Huschke: *per f.c. etiam ante heredis institutionem relinqui potest, cum alioquin legatum testamenti initio datum inutile sit*—cf. Ulp. 25, 8; supra 2, 229.

[5] Goeschen, generally accepted. Cf. Epit. 2, 7, 8.

---

§ 265. *extinguitur fideicommissa libertas*: Inst. 2, 24, 2. §§ 266–7. Cf. G. 2, 272. § 268. Cf. G. 2, 284. Inst. 2, 20, 3. Ulp. D. 30, 1. § 270. Cf.

of the testator himself or one belonging to the heir or the legatee or even a third party. **265.** Thus even a third party's slave must be bought and manumitted. But if his owner will not sell him, clearly the trust for liberation is avoided, because in this case there can be no valuation in money. **266.** A slave manumitted under a trust does not become the testator's freedman, even though he was the testator's own, but becomes the freedman of him who manumits. **267.** He, on the other hand, who is directly ordered to be free by the will, for instance in the form: 'Let my slave Stichus be free', or 'I order that my slave Stichus be free', becomes the freedman of the testator himself. And further, no one can obtain freedom directly under a will but one who belonged to the testator by Quiritary title both when he made his will and when he died.

268. There are many differences between gifts left by way of trust and those left by direct legacy. **269.** Thus, by means of a trust property can be left away from the heir of one's heir, whereas a legacy charged on him is void. **270.** Again, by means of a trust a man about to die intestate can leave things away from the person to whom his property is going, whereas he cannot be charged with a legacy. **270a.** Again, a legacy left by codicil is only valid if the codicil has been confirmed by the testator, that is if he has provided in his will that anything he should have committed to codicils should hold good. But a trust can be left even by unconfirmed codicil. **271.** Again, a legacy cannot be charged on a legatee, but a trust can. Indeed, from one to whom we are leaving something by means of a trust we can by means of a further trust leave something to a further person. **272.** Again, upon a slave belonging to someone else liberty cannot be conferred directly, but it can be by way of trust. **273.** Again, it is impossible for anyone to be instituted heir or disinherited by a codicil, even though it be confirmed by a will. But a person instituted heir by a will may be requested by codicil to make over the inheritance in whole or part to someone else, even though the codicil be not confirmed by the will. **274.** Again, a woman, though prevented by the *L. Voconia* from being instituted heir by a person assessed in the census at more

---

Inst. 2, 23, 10. § 270a. Cf. Inst. 2, 25, 1. § 271. Cf. G. 2, 260 fin. Inst. 2, 24 pr., 1. § 272. Cf. G. 2, 264. 267. Inst. 2, 24, 2. § 273. Cf. Inst. 2, 25, 2. 2, 23, 10. § 274. Cf. G. 2, 226.

potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. **275.** Latini quoque, qui hereditates legataque directo iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. **276.** Item, cum senatusconsulto prohibitum sit proprium seruum minorem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet posse nos iubere liberum esse cum annorum XXX erit, et rogare ut tunc illi restituatur hereditas. **277.** Item, quamuis non ⟨*possimus*⟩ post mortem eius qui nobis heres extiterit alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam uel ex parte restituat. et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CUM TITIUS HERES MEUS MORTUUS ERIT, UOLO HEREDITATEM MEAM AD P. MEUIUM PERTINERE. utroque autem modo, tam hoc quam illo, Titius heredem suum obligatum relinquit de fideicommisso restituendo. **278.** Praeterea, legata ⟨*per*⟩ formulam petimus; fideicommissa uero Romae quidem apud consulem, uel apud eum praetorem qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur, in prouinciis uero apud praesidem prouinciae. **279.** Item, de fideicommissis
V p. 125 semper / in urbe ius dicitur; de legatis uero cum res aguntur. **280.** Item, fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit qui fideicommissum debebit; legatorum uero usurae non debentur; idque rescripto diui Hadriani significatur. scio tamen Iuliano placuisse in eo legato quod sinendi modo relinquitur idem iuris esse quod in fideicommissis; quam sententiam et his temporibus magis optinere uideo. **281.** Item, legata Graece scripta non ualent, fideicommissa uero ualent. **282.** Item, si legatum per damnationem relictum heres infitietur, in duplum cum eo agitur; fideicommissi uero nomine semper in simplum persecutio est. **283.** Item, ⟨*quod*⟩ quisque ex fideicommisso plus debito per errorem soluerit, repetere potest; at id quod ex causa [falsa] per damnationem legati plus debito solutum sit repeti non potest. idem scilicet iuris est de eo [legato] quod non debitum uel ex hac uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.[1]

284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt. **285.** Ut ecce peregrini potcrant fideicommissa capere;[2] et fere haec fuit origo fideicommissorum. sed postea id prohibitum est, et

[1] The section makes sense if, besides expunging *legato* (Savigny), we expunge *falsa* (Beseler): Cf. Dulckeit, Festchr. Koschaker 2, 316. [2] *facere* V.

§ 275. Cf. G. 2, 110, &c. § 276. Cf. G. 1, 18. 21. § 277. Cf. G. 2, 184. Nou.

than 100,000 *asses*, can nevertheless take the inheritance if left to her by means of a trust. **275.** Also Latins, though forbidden by the *L. Iunia* to take inheritances and legacies directly, can take under a trust. **276.** Again, though it is forbidden by senatusconsult to institute free and heir one's slave under 30 years of age, the general opinion is that one can order that he be free when he shall be 30 years old, and can request that the inheritance should then be made over to him. **277.** Again, although we cannot institute from after the death of the heir who succeeds us a further heir in his place, still we can request our heir, when he shall die, to make over our inheritance in whole or part to a further person. Moreover, since a trust can be imposed from after the death of the heir, we can obtain the same result by writing thus: 'When my heir Titius is dead, I wish my inheritance to go to Publius Meuius.' By either method Titius leaves his own heir bound by the trust to transfer the inheritance. **278.** Further, we sue for legacies by *formula*, but claim trust gifts at Rome before a consul or the praetor having special jurisdiction over trusts, in the provinces before the provincial governor. **279.** Again, at Rome jurisdiction over trusts is exercised at all seasons, but over legacies only during term. **280.** Again, interest and mesne profits are due on trust-property where the person owing the trust is late in performance, but there is no liability for interest on legacies; so it is declared by a rescript of the late emperor Hadrian. I am aware, however, that Julian held that in the case of legacies left by way of permission the law was the same as for trusts, and I observe that even to-day this opinion is preferred. **281.** Again, legacies are invalid, but trusts valid, if expressed in Greek. **282.** Again, if an heir denies a legacy left by damnation, the action against him is for double; but on a trust the claim is always for the simple amount. **283.** Again, what has by mistake been paid on a trust beyond what was due can be recovered, but what has been paid in excess on a legacy by damnation cannot be recovered. The law is the same where a payment not due at all has on either account been made by mistake.

284. There used to be further differences, which do not now exist. **285.** Thus peregrines could take under trusts—indeed, this was probably the origin of trusts—but later this was forbidden,

---

159 (A.D. 555). § 278. Cf. Inst. 2, 23, 1. § 281. Cf. C. 6, 23, 21, 6 (Nou. Theod. 16, A.D. 439). See Kreller, Erbrechtl. Untersuch. (1919) 331. §§ 282–3. Cf. G. 4, 9. 171. Inst. 3, 27, 7. 2, 20, 25 fin. § 284. Cf. G. 2, 268. § 285. Cf. G. 2, 110, &c. *origo fideicommissorum*: Inst. 2, 23, 1. 12. 2, 25 pr.

nunc, ex oratione diui s*acratissimi*[1] Hadriani, senatusconsultu*m* factum est, ut ea fide*i*commissa fisco uindicarentur. **286.** Caelibes/
V p. 126 quoque, qui per legem Iulia*m* hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa uideba*n*tur caperc posse. **286a.** Item orbi, qui per legem Papia*m*, ob id quod liberos non habe*n*t,[2] dimidias partes hereditat*u*m legatorumque perdunt, olim solida fideicommissa uidebantur capere posse. sed postea, senatusconsulto Pegasiano, p*ro*inde fideicommissa quoque ac legat*a* hereditatesque capere posse prohibiti sunt, eaque translata sunt ad eos qui ⟨*in eo*⟩[3] testamento liberos habent, aut, si null*u*s liberos habeb*i*t, ad populum, sicuti iuris est in legatis et in hereditatibus, quae eadem aut simil*i* ex cau⟨*sa caduca fiunt.* **287.** *I*⟩tem[4] olim incertae personae uel[5] postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamuis neque heres institui neque legari ei possit.[6] sed senatusconsulto, quod auctore di*u*o Hadriano factum est, id*em* in fideicommissis quod in legatis hereditatibusque constitutum est. **288.** Item, poenae nomine iam non dubitatur nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

289. Sed quamuis *in* mult*i*s iuris partibus longe latior causa sit fideicommissorum quam eorum quae directo relinquuntur, in quibusdam tantundem uale*a*nt, tamen tutor non aliter testamento dari potest quam directo, ueluti hoc modo: LIBERIS MEIS TI*TIU*S TUTO*R* ESTO, uel ita: LIBERIS MEIS TITIUM TUTOREM DO. per fideicommissum *uero dari*[7] non potest. /

---

[1] *sunt* V. Cf. Apogr. 300.
[2] So Kübler. *habebant* V. *ob id—habebant* gloss, Polenaar–Krüger.
[3] Polenaar and generally: cf. 2, 206.
[4] Polenaar and generally.
[5] *ueluti*? Kübler. [6] *posset* Krüger. [7] *dari uero* V.

---

§§ 286–286a. Cf. G. 2, 111, &c. C. 8, 57 (58), 1; 2. *Pegasiano*: G. 2, 254. § 287. *neque heres institui*: G. 2, 242, &c. *neque legari*: G. 2, 238. 241, &c. § 288. Cf. G. 2, 235, &c. § 289. *latior causa*: Inst. 2, 20, 3. *tutor*: G. 1, 149; 2, 231. 237. 240.

and now on the proposition of the late emperor Hadrian a senatusconsult has enacted that such trusts should be claimed for the fisc. **286.** Also, unmarried persons, though forbidden by the *L. Iulia* to take inheritances or legacies, were at one time considered able to take under trusts. **286a.** Again, childless persons, though under the *L. Papia* they forfeit a moiety of inheritances and legacies because they have no children, were at one time considered to take trust gifts in full. But later, by the *SC. Pegasianum*, they have been forbidden to take trust gifts just as much as legacies and inheritances, these being transferred to beneficiaries under the will who have children, or, if none of them have children, to the people, as is the rule in regard to legacies and inheritances, which for the same or like reason become caducous. **287.** Again, at one time a trust could be left in favour of an uncertain person or an afterborn stranger, though such persons can neither be instituted heirs nor be left legacies. But by a senatusconsult made on the authority of the late emperor Hadrian the same rule has been established for trusts as for legacies and inheritances. **288.** Again, there is now no doubt that a penal gift cannot be left even by way of trust.

289. But though in many points of law trusts are far freer than, and in others just as effective as, direct testamentary gifts, still a tutor cannot be appointed by will otherwise than directly, as thus: 'Let Titius be tutor to my children', or thus: 'I appoint Titius tutor to my children.' He cannot be appointed by means of a trust.

CONTENTS OF BOOK III

⟨COMMENTARIUS TERTIUS⟩

V fol. deperd. **1.**[1] *Intestatorum hereditates ⟨ex⟩ lege XII tabularum primum ad suos heredes pertinent.* **2.** *Sui autem heredes existimantur, ⟨ut et supra diximus⟩, liberi qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue, nepos neptisue ⟨ex filio⟩, pronepos proneptisue ex nepote filio nato prognatus prognataue. nec interest ⟨utrum⟩ naturales ⟨sint⟩ liberi an adoptiui. ita demum tamen nepos neptisue et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit ⟨in potestate parentis esse, siue morte id acciderit⟩ siue alia ratione, ueluti emancipatione. nam si per id tempus quo quisque moritur filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus.* **3.** *Uxor quoque quae in manu uiri est ei*[2] *sua heres est, quia filiae loco est. item nurus quae in filii manu est; nam et haec neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, ⟨si⟩ filius, cuius in manu fuerit, cum pater moritur, in potestate eius non sit. idemque dicemus et de ea quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.* **4.** *Postumi quoque ⟨qui,⟩ si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.* **5.** *Idem iuris est de his quorum nomine ex lege*
V p. 127 *Aelia Sentia uel ex senatusconsulto post* / mortem patris causa probatur. nam et hi uiuo patre causa probata in potestate eius futuri essent. **6.** Quod etiam de eo filio qui ex prima secunda*ue* mancipatio*ne* post mortem patris manumittitur intellegemus. **7.** Igitur, cum filius filiaue et ex altero filio nepotes neptesue extant, pariter ad hereditatem uocant*ur*, nec qui gradu proximior est ulteriorem excludit. aequum enim uidebatur nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succedere. pari ratione, et si nepos neptis*ue* sit ex filio et ex nepote pronepos p*r*oneptisue, simul

---

[1] A folio is missing between V 126 and 127. Since 126 is full, it is not certain that the conclusion of book 2 is not lacking. It is certain that the beginning of book 3 is missing, and though this can be substantially restored from Coll. 16, 2 (supported by Inst. 3, 1, 1. 2. 2b), it is highly probable that the restoration is not quite complete. The restored text would about fill a normal page of V, but at a junction of books this is of little moment. The persuasive argument is that the transition to intestate succession is extremely abrupt, incredibly so in Gaius. The adoption of Inst. 3, 1 pr. would make it less abrupt, but editors do not include it because there is no proof that the passage is Gaian. Our text as far as the middle of § 5, where V resumes, is taken from Coll. 16, 2, completed from Inst. The accepted corrections of corruptions in Coll. are not noted.

[2] *uiri est ei* Krüger. Coll. corrupt.

BOOK III

1. The inheritances of intestates, by the law of the Twelve Tables, go first to *sui heredes*. **2.** Are reckoned *sui heredes*, as we have said above, children who were in the *potestas* of the deceased when he died, such as a son or daughter, a grandson or granddaughter by a son, a great-grandson or great-granddaughter by a grandson by a son, and it makes no difference whether they are natural or adoptive children. A grandson or granddaughter, however, or a great-grandson or great-granddaughter, is in the class of *sui heredes* only if the preceding person has ceased to be in the ancestor's *potestas*, whether owing to death or in some other way, as by emancipation. For if at the time of a man's death his son is in his *potestas*, his grandson by that son cannot be a *suus heres*. The same must be taken to apply to ulterior descendants. **3.** A wife who is in her husband's *manus* is likewise *sua heres* to him, being in the position of a daughter. So also is a daughter-in-law who is in the *manus* of a son, she being in the position of a granddaughter; but she will be a *sua heres* only if the son in whose *manus* she has been is not, when the father dies, in his *potestas*. The same applies also to a woman who is in the *manus* of a grandson as his wife, she being in the position of a great-granddaughter. **4.** *Sui heredes* also are posthumous children who would have been in the ancestor's *potestas* had they been born in his lifetime. **5.** In the same legal position are those on whose behalf a case under the *L. Aelia Sentia* or the senatusconsult is proved after their father's death; for, had their case been proved in the father's lifetime, they too would have been in his *potestas*. **6.** The same is to be taken to apply to a son manumitted from a first or second mancipation after his father's death. **7.** Accordingly, where a son or daughter and grandsons or granddaughters by another son survive, they are all called to the inheritance simultaneously, and the nearer in degree does not exclude the more remote; for it was considered just that grandsons and granddaughters should succeed to their father's place and share. On the same principle also, if there be a grandson or granddaughter by a son and a great-grandson or great-granddaughter by

---

§§ 1–8. = Coll. 16, 2, 1–8. § 1. = Inst. 3, 1, 1. Cf. XII Tabb. 5, 4 (Textes 14. Bruns, 1, 23). § 2. = Inst. 3, 1, 2. 2b. Cf. Inst. 3, 1, 7. G. 1, 127; 2, 156–7; 3, 154a. § 3. Cf. G. 1, 114. 115b. 118. 148; 2, 139. 159. § 4. = Inst. 3, 1, 2b in fin. Cf. G. 1, 147; 2, 130 sq. § 5. Cf. G. 1, 32; 2, 142 sq. § 6. Cf. G. 1, 132; 2, 141. §§ 7–8. = Inst. 3, 1, 6.

omnes uocantur ad hereditatem. **8.** Et quia placebat nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue, in parentis sui locum succedere, conueniens esse uisum est non in capita sed ⟨*in*⟩ stirpes hereditate*m* diuidi, ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat, et ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam; item, si ex duobus filiis nepotes extent, ex altero filio unus forte uel duo, ex altero tres aut quattuor, ad un*u*m aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quattuor altera dimidia.

V p. 128 **9.** Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet / ex eadem lege XII tabularum ad *a*gnatos. **10.** *U*ocantur autem agnati qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima autem cognatio est ea quae p*er* u*i*rilis sexus persona*s coniungitur. itaque eodem p*atre[1] nati fratres agna*ti si*bi *sunt*; *qui etiam consanguinei*[1] uocantur, nec requiritur an etiam matrem eandem habuerint. item patruus fratris filio et inuicem is illi agnatus est. eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique et*iam* consobrinos uocant. qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. **11.** Non tamen omnibus simul agnat*i*s dat lex XII tabularum hereditatem, sed his qu*i* tum cum certum est aliquem intestatum decessisse proximo gradu sunt. **12.** Nec in eo iure successio est. ideoque, si agnatus proximus hereditatem omiserit uel, antequam adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege competit. **13.** Ideo autem non mortis tempore quis *proxi*mus *fue*rit requirimus, sed eo tempore quo certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia, si quis *testamento fac*to decesserit, melius esse uisum est tun*c*[2] requiri proximum, cum certum esse coeperit neminem ex eo testamento fore heredem. **14.** Quod ad feminas tamen attinet, in hoc

V p. 129 iure aliud in / ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum [bonis][3] ab his capiendis. nam feminarum *hereditat*es p*r*oinde ad nos agnationis iure redeunt atque masculorum; nostrae uero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. itaque soror fratri sororiue legitima heres est, amita

---

[1] Restored from Coll. 16, 2, 10.

[2] *tunc* Coll. 16, 2, 13. *tunc* followed by 4 doubtful letters V. *tunc demum* Kübler.

[3] om. Coll. 16, 2, 14.

---

§§ 9–16. = Coll. 16, 2, 9–16. § 9. Cf. Inst. 3, 2 pr. XII Tabb. 5, 4 (Textes 14. Bruns 1, 23). § 10. Cf. G. 1, 156. Inst. 3, 2, 1. 3, 5, 4 (3). 5 (4). § 11. = Inst. 3, 2, 1 fin. § 12. Cf. G. 3, 22. 28. Inst. 3, 2, 7. § 13. Cf. Inst. 3, 2, 6. § 14. Cf. G. 3, 23. 29. Paul 4, 8, 16. 20 (22). Inst. 3, 2, 3–3b.

a grandson, they are all called to the inheritance simultaneously. **8.** And, it having been settled that grandsons and granddaughters, and great-grandsons and great-granddaughters, succeed to their parent's place, it has been held consistent that the inheritance should be divided, not by individuals, but by stocks, so that a son takes half the inheritance and two or more grandchildren by another son the other half, and so that, if there survive grandchildren by two sons—say one or two by one of them and three or four by the other—half goes to the one or two and the other half to the three or four.

9. If there be no *suus heres*, then by the same law of the Twelve Tables the inheritance goes to the agnates. **10.** Are termed agnates those related by civil cognation. Now cognation is civil where the connexion is through persons of the male sex. Thus brothers born of the same father (also termed consanguineous) are agnates to each other, and whether they had also the same mother is irrelevant. Again, an uncle is agnate to his brother's son and, conversely, his brother's son to him. Also agnates to each other are *fratres patrueles* (also commonly called *consobrini*), that is the sons of two brothers. And pursuing this principle we can arrive at further degrees of agnation. **11.** But the law of the Twelve Tables does not give the inheritance to all agnates simultaneously, but only to those who are nearest in degree at the moment when it is established that there is an intestacy. **12.** In this title by agnation there is no succession, and therefore, if the nearest agnate abstains from the inheritance or dies before having entered upon it, the next nearest agnates have no right under the statute. **13.** The reason why we inquire who stood nearest at the moment when it was established that there is an intestacy, and not at the time of the death, is that, where a man dies having made a will, it has been found preferable to look for the nearest agnate at the moment when it first becomes certain that no one will be heir under that will. **14.** But as regards women, in this branch of the law one rule has been adopted in respect of the taking of an inheritance from them and another in that of the taking of an inheritance by them. For inheritances left by women come to us by title of agnation on precisely the same principle as those left by males, whereas inheritances left by us do not go to women beyond the degree of sisters by the same father. Thus a sister is a statutory heir of her brother or sister, but a father's sister or a brother's

uero et fratris filia legitima heres esse ⟨*non potest. sororis autem nobis loco est*⟩[1] etiam mater aut nouerca quae per in manum conuentionem apud patrem nostrum iura filiae nacta est. **15.** Si ei qui defunctus erit si*t* frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater p*o*tior[2] est, quia gradu praecedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes. **16.** Quodsi defuncti nullus frater extet, ⟨*sed*⟩[1] sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet. sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, ut ex uno unus uel duo, ex altero tres uel quattuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. iam dudum tamen placuit in capita diuidendam esse hereditatem. itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas diuidetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

17. Si nullus agnatus sit, eadem le*x* XII tabularum gent*i*les ad
V p. 130 hereditatem uoc*a*t. qui sint autem gentiles primo com/mentario rettulimus. et cum illic admonuerimus totum gentilici*u*m ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est hoc quoque loco de eadem re *iterum*[3] curiosius tractare.

18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates. quod ius quemadmodum strictum fuerit palam est intellegere. **19.** Statim enim, emancipati liberi nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse. **20.** *I*dem iuris est si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo ciuitate *R*omana donati nec ab imperatore in potestate*m* redacti fuerint. **21.** Item, agnati capite deminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur. **22.** Item, proximo agnato non adeunte hereditatem, nihilo magis sequens iure legitimo admittitur. **23.** Item, feminae agnatae, quaecumque consanguineorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege haben*t*. **24.** Similiter, non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur, adeo quidem ut nec inter matrem et filium filiamue ultro citroque hereditatis capiendae ius competat, praeterquam si per in

[1] Supplied from Coll. [2] So Coll. 16, 2, 15. *prior* V.
§ 9. Cf. Inst. 4, 6, 19. G. 4, 171. *iudicati*: G. 4, 25. *depensi*: G. 3, 127; 4, 25. *damni iniuriae*: G. 3, 216. *legatorum nomine*: G. 2, 282. § 10. Cf. G. 4, 32. 33. § 11. Cf. Pomp. D. 1, 2, 2, 6 sq. 12, 38. *legis actiones*: G. 2, 24; 3, 154b. *de arboribus succisis*: XII Tabb. 8, 11 (Textes 19. Bruns 1, 31). §§ 13–14. Cf. Varro, de l. lat. 5, 180 (Bruns 2, 54). Festus vv. Sacramento. Sacramentum (Bruns 2, 33–4. Lindsay 466–8). Val. Prob. 4 (Textes 216). § 13. *generalis erat*: G. 4, 20. *propter sponsionem*: G. 4, 171. 180. *praedes*: G. 4, 16.

of our property. **9.** We sue for our right and a penalty together in, for example, those cases in which we sue for double against a defendant who denies liability; this occurs in an action on a judgment debt, an *actio depensi* (by a *sponsor* against his principal), an action under the *L. Aquilia* for wrongful damage, and an action for a legacy of a definite amount left by damnation.

10. Furthermore, there are some actions that are framed on (the fiction of?) a *legis actio*, and others that stand by their own force and efficacy. To explain this we must begin by speaking of the *legis actiones*.

11. The actions of the practice of older times were called *legis actiones*, either because they were the creation of statutes (of course in those days the praetorian edicts, whereby a large number of actions have been introduced, were not yet in use), or because they were framed in the very words of statutes and were consequently treated as no less immutable than statutes. Hence it was held that a man who, when suing for the cutting down of his vines, had used the word 'vines', had lost his claim, because he ought to have said 'trees', seeing that the law of the Twelve Tables, on which his action for the cutting down of his vines lay, spoke of cutting down trees in general. **12.** Procedure by *legis actio* was in five forms: *sacramentum*, *iudicis postulatio*, *condictio*, *manus iniectio*, and *pignoris capio*.

13. Procedure by *sacramentum* was of general application: one proceeded by it in any cases for which another procedure had not been prescribed by statute. It involved, for parties found guilty of falsehood, the same sort of risk as is involved at the present day by the *actio certae creditae pecuniae* owing to the *sponsio* which the defendant risks, in case he is denying the debt rashly, and to the counter-*stipulatio* which the plaintiff risks, in case he is suing for what is not due. For the defeated party forfeited the amount of the *sacramentum* by way of penalty, and this went to the public treasury, sureties for it being given to the praetor, instead of going into the pocket of the successful party, as the penalty of the *sponsio* or the counter-*stipulatio* now does. **14.** The penal sum of the *sacramentum* was either 500 or 50 *asses*: concerning matters worth

assibus, de minoris uero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. ⟨*at*⟩ si de liber*tate* hominis controuersia erat, etiamsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderet*ur* eadem lege
V p. 192 cautum est, fauor*e* scilicet libertatis, ne o*ne*rarentur adsertor*es* / . . .
V p. 193 **15.** . . .[1] ad iudicem accipiundum / uenirent; postea u*ero*[2] reuersis dabatur. ut autem ⟨*die*⟩ XXX iudex d*ar*etur[3] per legem Pinariam factum est; ante eam autem lege*m stat*im dabatur iudex. illud ex superioribus intellegimus, si de re minoris qua*m* ⟨*M*⟩ aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario, eos contendere solitos fuisse. postea tamen quam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem uenirent, denuntiabant. deinde, cum ad iudicem uenerant, antequam apud eum *causam*[4] perorarent, solebant breuiter ei et quasi per indicem rem exponere; quae dicebatur causae co*n*iectio,[5] quasi causae suae in breue coactio.

16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et mouentia, quae modo in ius adferri adduciue possent, in iure uindicabantur ad hunc modum. qui uindicabat *f*estucam tenebat; deinde ipsam rem adprehendebat, ueluti hominem, et ita dicebat: HUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO SECUNDUM SUAM CAUSAM. SICUT DIXI, ECCE TIBI, UINDICTAM IMPOSUI; et simul homini festucam imponebat. aduersarius eadem similiter dicebat et faciebat. cum uterque uindicasset, praetor dicebat: MIT*TITE*[6] AMBO HOMINEM. illi mittebant. qui prior uindica⟨*uerat ita alterum interroga*⟩bat:[7] POSTULO ANNE DICAS QUA EX CAUSA UINDICAUERIS. ille respondebat: IUS FEC*I* SICUT UINDICTAM IMPOSUI. deinde qui prior uindicauerat
V p. 194– F p. G dicebat: QUANDO TU INIURIA UINDICAUISTI, / *QUINGEN*TIS ASSIBU*S*[8] SACRAMENTO TE P*RO*UOCO;[9] aduersarius quoque dicebat similiter: ET EGO TE;[10] aut si res infra mille asses erat, quinquagenarium scilicet sacramentum nominabant.[11] deinde eadem[12] sequebantur

---

[1] Except for the last three words V 192 is practically illegible. Most of the account of the *actio in personam* is thus missing.

[2] *ū.* (= *uel* or *quinto*) V. [3] So Krüger. *detur* V.

[4] *g.* V. Cf. 3, 207. Apogr. 259.

[5] *collectio* V, which may be right (Auct. ad Her. 2, 21, 3), but most editors prefer the correction (Ps. Asc., ad Cic. in Verr. ii, 1, 9, 26—Bruns 2, 71).

[6] *mitte* V. [7] Goeschen's generally accepted supplement.

[8] *-tis assibus*: so F p. G begins. *D̄ aeris* V.

[9] *peruoco* V. *puoco* F.

[10] *aduersarius—ego te* om. F.

[11] So F, except *nominabat* (?). V *et ego te scilicet l asses sacramenti nominabant*, om. *aut si res— erat*. The old editorial supplement was not far out.

[12] *eadem* F. *ad* V.

1,000 *asses* or more one proceeded by a *sacramentum* of 500 *asses*, but concerning matters of lower value by a *sacramentum* of 50 *asses*. For so the law of the Twelve Tables had provided. But where the dispute was as to a man's freedom, it was provided by the same law that the contest should be with a *sacramentum* of 50 *asses*, however great the value of the man might be, obviously in order to favour freedom by not burdening assertors of freedom.

15. . . . should come to receive a *iudex*; on their subsequent reappearance a *iudex* was appointed. That he was appointed on the thirtieth day was due to the *L. Pinaria*; but before that statute he was appointed at once. As we know from what has already been said, if the action concerned a matter of less value than 1,000 *asses*, proceedings were by *sacramentum* of 50, not 500 *asses*. After the appointment of the *iudex* the parties gave each other notice to appear before him on the next day but one. Then, on their appearance before him, previously to arguing their case in detail, they stated it to him in summary outline; this was called *causae coniectio*, as being a gathering up of their case into an epitome.

16. If the action was *in rem*, movables, inanimate and animate, provided they could be carried or led into court, were claimed in court in the following manner. The claimant, holding a rod and laying hold of the actual thing—let us say a slave—said: 'I affirm that this man is mine by Quiritary right according to his proper title. As I have declared, so, look you, I have laid my staff on him', and at that moment he laid his rod on the man. His opponent spoke and did the selfsame things. Both parties having thus laid claim, the praetor said: 'Unhand the man, both of you.' They did so. The first claimant then put the following question to the other: 'I ask, will you declare on what title you have laid claim?' and he answered: 'By laying on my staff I have exercised my right.' Thereupon the first claimant said: 'Seeing that you have laid claim unrightfully, I challenge you by a *sacramentum* of 500 *asses*.' And his opponent likewise said: 'And I you.' (Of course, if the thing was worth less than 1,000 *asses* they named a *sacramentum* of 50 *asses*.) Next followed the same proceedings as in an action *in*

§ 14. *si de libertate*: Liu. 3, 44 sq. § 15. Cf. Val. Prob. 4 (Textes 216). Ps. Asc. in Verr. ii, 1, 9, 26 (Bruns 2, 71). *ad iudicem accipiundum*: G. 4, 18. *l. Pinariam*: date unknown. *comperendinum diem*: Val. Prob. 4, 9. Cic. p. Mur. 12, 27. Ps. Asc. l.c. Festus v. *Res comperendinata* (Bruns 2, 32. Lindsay 354). § 16. Cf. Cic. p. Mur. 12, 26. Gell. 20, 10. *mobilis*: G. 1, 121. *secundum suam causam*: Val. Prob. 4, 6. *uindiciae*: Festus v. Uindiciae (Bruns 2, 46. Lindsay 516).

quae si[1] in personam ageretur. postea praetor secundum alterum eorum uindicias dicebat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes[2] aduersario dare litis et uindiciarum, id est[3] rei et fructuum. alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti causa, quia[4] id in publicum cedebat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo
F p. H quodam iusti dominii, quando iusto dominio ea maxime[5] sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent; unde in centumuiralibus iudiciis hasta proponitur.[6] **17.** Si qua res talis erat ut sine incommodo non posset[7] in ius adferri uel adduci, uerbi gratia[8] si columna aut nauis[9] aut grex[10] alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur, eaque in ius adferebatur;[11] deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat uindicatio. itaque ex grege[12] uel una ouis siue[13] capra in ius adducebatur, uel etiam pilus inde[14] sume-
F fol. de- perditum batur et[15] in ius adferebatur; ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur. similiter, si de fundo uel de aedibus siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur, et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem fiebat uindicatio, ueluti ex fundo gleba sumebatur et ex
V fol. de- perditum aedibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque / *res*
F p. I *aliqua inde sumebatur.*[16] . . . . . que leg*is* act*ione re*stitu*tum* est.[17]

17a.[18] Per iudici*s* *p*ostulat*ionem* ageba*tur si* q*ua* de re ut ita agere*t*ur lex iuss*isse*t, sicu*ti* lex XII *t*abularum de *eo* quod ex stipu*la*t*i*one petitur. eaque res talis fere erat: qui agebat sic dicebat: EX SPONSIONE TE MI*HI* X MILIA SESTERTIORUM DARE OPORTERE AIO. ID POSTULO AI*AS* AN NEGE*S*.[19] aduersarius dicebat non oportere. actor[20] dicebat: QUA*N*DO[21] TU NEGAS, TE PRAETOR IUDICEM SIUE ARBITRUM[22] POSTULO UTI DE*S*.[23] itaque in eo genere actionis sine poena quisque negabat.[24] item de hereditate diuidenda inter coheredes eadem lex

---

[1] *quae si* F. *quaecumque* V. *quae cum* generally.
[2] *praedes* F. *praesides* V.
[3] *id est* V. *idem* F.
[4] *causa quia* F. *quod* V.
[5] So F. V *signo quodam iusti dominio* $\overline{xxi}$. *me.*
[6] *p.oponitur* F. *praeponitur* V.
[7] *posset* V. *possit* F.
[8] *uerbi gratia* F. *ueluti* V.
[9] *aut nauis* F. om. V.
[10] *grex* V. *conrex* F.
[11] *eaque—adferebatur* F. om. V.
[12] *ex grege* F. *uel ex grecae* V.
[13] *siue* F. *aut* V.
[14] *et pilus ide* V. *inde* om. F.
[15] Here a folio of F is missing.
[16] Probable sense of the beginning of the next folio of V, which is missing.
[17] F resumes, before V. Except for these five doubtfully read words, neither MS. gives the end of the account of *sacramentum*. The subject is perhaps execution of judgment.

personam. Thereafter the praetor declared *uindiciae* in favour of one of the parties, that is, he established him as interim possessor, and ordered him to give his opponent sureties *litis et uindiciarum*, that is, for the thing and its profits. Other sureties were taken from both parties for the *sacramentum* by the praetor himself, because this went to the public treasury. The rod was employed to represent a spear, the symbol of lawful ownership, because they considered things they had captured from the enemy to be pre-eminently theirs by lawful ownership; and this is why in centumviral cases a spear is displayed. **17.** If the thing was such as could not be carried or led into court without inconvenience—for example, if it was a column or a ship or a flock or herd—some part was taken from it and brought into court, and claim was laid on that part as representing the whole thing. Thus from a flock a single sheep or goat would be led into court or just a hair was detached and brought in, while from a ship or a column some bit would be broken off. Similarly, if the dispute was over land or a house or an inheritance, some part of it was taken and brought to court, and claim was made on this part as representing the whole: thus a clod would be taken from the land or a tile from the house, or, where the dispute was as to an inheritance, some article was similarly taken from it. . . .

17a. One proceeded by *iudicis postulatio* in any case in which statute had authorized such procedure: thus the law of the Twelve Tables authorized it in a claim arising out of a stipulation. The procedure was somewhat as follows. The plaintiff said: 'I affirm that under a *sponsio* you ought to pay me 10,000 sesterces. I ask whether you affirm or deny this.' The defendant denied the debt. The plaintiff said: 'Since you deny, I ask you, Praetor, to grant a *iudex* or *arbiter*.' Thus in this kind of action one denied without penalty. The same law authorized procedure by *iudicis postulatio* likewise

[18] This section depends on F alone. Letters in italics, but without note, are illegible.
[19] *aies an negas* F.
[20] *auctor* F.
[21] *quamdo* F.
[22] Or: (*siue ARBITRUM*). So Arangio-Ruiz. Cf. Val. Prob. 4, 8.
[23] *dest* F.
[24] Error for *agebat*?

§ 16. *praedes*: G. 4, 13. 91. 94. Varro, de l. lat. 6, 74 (Bruns 2, 57). Festus v. Praes (Bruns 2, 26. Lindsay 249). *maxime sua*: G. 2, 69. § 17. Cf. Cic. p. Mur. 12, 26. Gell. 20, 10. § 17a. Cf. Val. Prob. 4, 8 (Textes 216). G. 4, 20. *lex iussisset*: G. 4, 13. 17a. 19. 21. 26. *sine poena*: G. 4, 13. *de hereditate*: G. 2, 219; 3, 154a. Gaius D. 10, 2, 1 pr.

F p. K per iudicis postulationem agi iussit. idem fecit lex Licin/nia,[1] si de aliqua re communi diuidenda ageretur. itaque nominata causa ex qua agebatur statim arbiter petebatur.

17b. Per condictionem ita agebatur: AIO TE MIHI SESTERTIORUM X MILIA DARE OPORTERE. ID POSTULO AIAS AN[2] NEGES. aduersarius dicebat non oportere. actor dicebat: QUANDO TU NEGAS, IN DIEM TRICENSIMUM TIBI IUDICIS CAPIENDI CAUSA CONDICO. deinde die
V p. 195 tricensimo[3] ad iudicem capiendum praesto esse debebant. **18.** Condicere autem denuntiare est prisca[4] lingua. itaque haec quidem actio proprie condictio uocabatur;[5] nam actor[6] aduersario denuntiabat ut[7] ad accipiendum[8] iudicem die XXX adesset. nunc uero non proprie condictionem dicimus actionem in personam ⟨*esse qua*⟩[9] intendimus *DARI*[10] NOBIS OPORTERE; nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. **19.** Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae, lege uero Calpurnia de omni certa re. **20.** Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo quod nobis dari oportet potuerimus[11] aut sacramento aut per iudicis postulationem agere, ualde quaeritur.

21. Per manus iniectionem aeque ⟨*de*⟩ his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur lege aliqua cautum est, ueluti iudicati lege XII tabularum. quae actio talis erat: qui agebat sic dicebat: QUOD TU MIHI IUDICATUS (siue DAMNATUS) ES SESTERTIUM X MILIA, QUANDOC[12] NON SOLUISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIUM X MILIUM IUDICATI MANUM INICIO; et simul aliquam partem corporis eius prendebat. nec licebat iudicato manum sibi depellere et pro se lege agere, sed uindicem dabat, qui pro se causam agere solebat. qui uindicem non dabat, domum ducebatur ab actore et uinciebatur. **22.** Postea
V p. 196 quaedam leges ex aliis quibusdam causis / pro iudicato manus

---

[1] Cf. Marcian D. 4, 7, 12. [2] *aies aut* F. Cf. 4, 17a.
[3] V 195 begins to be legible in l. 2, with the words *die xx* (?).
[4] *prisca* V. *pristina* F. [5] So V. *uocatur* F. [6] So F. *auctor* V.
[7] *denuntiebat ut* V. *demuntiabat ut ut* F.
[8] F ends here. *iudicem capiendum* V.
[9] Inst. 4, 6, 15. [10] *dari* Inst. 4, 6, 15. *id* V.
[11] *potuerit* V. *potuerimus* Krüger. *potuerit . . . agi* Kübler.
[12] *quandoc*: *quando te?* Eisele, Beitr. 22. Cf. 3, 174.

---

§ 17a. *l. Licinnia*: date unknown; cf. Marcian D. 4, 7, 12. G. 4, 42. § 17b. Cf. G. 4, 33. *condicere autem* sq.: = Inst. 4, 6, 15. *iudicis capiendi causa*: G. 4, 15. § 18. Cf. G. 4, 5. Inst. 4, 6, 15. § 19. Dates of *leges* unknown. § 20. Cf. G. 4, 13. 17a. § 21. Cf. XII Tabb. 3 (Textes 13. Bruns 1, 20). *iudicatus siue damnatus*: G. 3, 173–5. *siue*: G. 4, 17a. *uindicem dabat*: G. 4, 25. 46. XII Tabb. 1, 4 (Textes 12. Bruns 1, 18). § 22. *pro iudicato*: Lex Lucerina (Bruns 1, 283).

in suits for the partition of an inheritance between coheirs. The *L. Licinnia* did the same in suits for the partition of any common property. Thus, after the declaration of the cause of action, an *arbiter* was at once demanded.

17b. One proceeded by *condictio* as follows: 'I affirm that you ought to pay me 10,000 sesterces: I ask whether you affirm or deny this.' The defendant denied the debt. The plaintiff said: 'Since you deny, I give you notice (*condico*) to appear on the thirtieth day in order to take a *iudex*.' Thereafter they had to appear on the thirtieth day in order to take a *iudex*. **18.** *Condicere* (the word used by the plaintiff), in primitive language, means to give notice. Thus this action was properly called *condictio*; for the plaintiff gave notice to his opponent to appear on the thirtieth day in order to receive a *iudex*. But in modern terminology a condiction is an action *in personam* in which we claim that something ought to be conveyed to us—an improper usage, since nowadays no such notice is given. **19.** This *legis actio* was established by the *L. Silia* and the *L. Calpurnia*, by the former when the debt claimed was of a definite sum of money, by the latter when of any definite thing. **20.** But there is much question why this action was needed, seeing that it was possible to proceed either by *sacramentum* or by *iudicis postulatio* on a claim for something to be conveyed to one.

21. One proceeded by *manus iniectio* likewise in those cases in which such procedure was prescribed by some statute, for example, under the law of the Twelve Tables for a judgment debt. The proceedings were as follows: the plaintiff spoke thus: 'Whereas you are indebted to me by judgment' (or 'by damnation') 'in 10,000 sesterces, seeing that you have not paid, on that account I lay my hand on you for 10,000 sesterces of judgment debt'; and at the same time he laid hold of some part of the debtor's body. The judgment debtor was not allowed to throw off the hand himself and to conduct the *legis actio* on his own behalf, but gave a *uindex* who conducted it for him. One who did not give a *uindex* was led off by the plaintiff to his house and put in fetters. **22.** Various subsequent statutes granted *manus iniectio* as for a judgment debt on a

iniectionem in quosdam dederunt, sicut lex Publilia in eum pro quo sponsor dependisset, *si* in sex mensibus proximis quam pro eo depensum esset non soluisset sponsori pecuniam; item lex Furia de sponsu aduersus eum qui a sponsore plus quam uirilem partem exegisset; et denique complures aliae leges in multis causis talem actionem dederunt. **23.** Sed aliae leges *ex quibusdam causis*[1] constituerunt quasdam actiones per manus iniectionem, sed puram, id est non pro iudicato, ueluti lex ⟨*Furia*⟩[2] testamentaria aduersus eum qui legatorum nomine mortisue causa plus *M*[3] assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia aduersus faeneratores, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. **24.** Ex quibus legibus et si quae aliae similes essent cum agebatur, ⟨*reo licebat*⟩ manum sibi depellere et pro se lege agere. nam et actor in ipsa legis actione non adiciebat hoc uerbum PRO IUDICATO, sed nominata causa ex qua agebat ita dicebat: OB EAM REM EGO TIBI MANUM INICIO; cum hi quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa ex qua agebant, ita inferebant: OB EAM REM EGO TIBI PRO IUDICATO MANUM INICIO. nec me praeterit in forma legis Furiae testamentariae PRO IUDICATO uerbum inseri, cum in ipsa lege non sit; quod
V p. 197 uidetur / nulla ratione factum. **25.** Sed postea lege Uallia, excepto iudicato et eo pro quo depensum est, ceteris omnibus cum quibus per manus iniectionem agebatur permissum est sibi manum depellere et pro se agere. itaque iudicatus et is pro quo depensum est etiam post hanc legem uindicem dare debebant et, nisi darent, domum ducebantur. istaque,[4] quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita obseruabantur; unde nostris temporibus is cum quo iudicati depensiue agitur iudicatum solui satisdare cogitur.

26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, ⟨*de quibusdam rebus*⟩ lege. **27.** Introducta est moribus rei[5] militaris. nam et[6] propter stipendium licebat militi ab eo qui aes tribuebat,[7] nisi daret, pignus capere; dicebatur autem ea pecunia

[1] *in multis causis ex quibusdam si* V.
[2] Cf. 4, 24. [3] c V.
[4] So Kübler. *itaque* V. *idque . . . obseruabatur* Krüger.
[5] *rei*: *aeris* Naber, Studi Bonfante 3, 200.
[6] [*et*] Kübler. [7] So Niebuhr. *distruebat* V.

§ 22. *l. Publilia*: G. 3, 127; 4, 9. 25. 102. 171. 186. *l. Furia*: G. 3, 121; 4, 109. § 23. *l. Furia*: G. 2, 225. *l. Marcia* (date unknown): Liu. 7, 21. Cato, de agri cult. praef. init. § 24. *forma*: G. 1, 160; 4, 32. § 25. *lege Uallia*: otherwise unknown. *uindicem*: G. 4, 21 &c. *iudicatum solui*: G. 4, 102. § 26. *moribus*: G. 1, 111; 3, 17. 82. *lege*: G. 4, 13. 17a. 19. 21.

number of other grounds against certain persons. Thus, the *L. Publilia* granted it against one on whose behalf his *sponsor* had paid, if he had not repaid the *sponsor* within the next 6 months. Again, the *L. Furia de sponsu* granted it against a creditor who had exacted from a *sponsor* more than his rateable part of the debt. And, in short, numerous other statutes authorized this procedure on many accounts. **23.** Other statutes, however, set up procedure by *manus iniectio* on various accounts, but in the form called *pura*, that is to say not as for a judgment debt. For example, the *L. Furia testamentaria* authorized it against one who had taken by way of legacy or gift *mortis causa* more than 1,000 *asses*, he not being privileged by that statute to take more; and again, the *L. Marcia* against usurers provided that if they had exacted interest, proceedings by *manus iniectio* for repayment should lie against them. **24.** In proceedings under these last-mentioned statutes and any like them the defendant was allowed to throw off the hand himself and to conduct the *legis actio* on his own behalf. For in his formal claim the plaintiff did not use the phrase 'as for a judgment debt', but after stating his cause of action said: 'on that account I lay my hand on you', whereas a plaintiff permitted to proceed by *manus iniectio* as for a judgment debt, after naming his cause of action, concluded thus: 'on that account I lay my hand on you as for a judgment debt.' I am aware that in the scheme of claim under the *L. Furia testamentaria* the phrase 'as for a judgment debt' is inserted, though it is not in the statute itself; the insertion appears to be unwarranted. **25.** But later, by the *L. Vallia*, all persons subjected to *manus iniectio*, except judgment debtors and those on whose behalf their *sponsor* had paid, were allowed to throw off the hand themselves and to conduct the action on their own behalf. Thus even after the *L. Vallia* a judgment debtor and one on whose behalf his *sponsor* had paid were bound to give a *uindex*; in default of doing so they were led off to the creditor's house. And, so long as the *legis actiones* were in use, these rules continued to be observed, which is why at the present day a party sued upon a judgment debt or on account of payment by his *sponsor* is obliged to give security for the satisfaction of the judgment (which may be given against him).

26. *Legis actio* by *pignoris capio* rested in some cases on custom, in others on statute. **27.** By custom it was established in the military sphere. For a soldier was allowed to distrain for his pay on the person responsible for paying it, if he defaulted; money

quae stipendii nomine dabatur aes militare. item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua *equus* emendus erat; quae pecunia dicebatur aes equestre. item propter eam pecuniam ex qu*a* hordeum equis erat comparandum; quae pecunia dicebatur aes hordiarium. **28.** Lege autem introducta est pignoris capio ueluti lege XII tabularum aduersus eum qui hostiam emisset nec pretium redderet; i*tem* aduersus eum qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in
V p. 198 da*p*em,[1] id est in sacrificium, impenderet. / item lege censoria data est pignoris ca*p*io publicanis uectigalium publicorum populi Romani aduersus eos qui aliqua lege uectigalia deberent. **29.** Ex omnibus autem istis causis certis uerbis pignus capiebatur, et ob id plerisque placebat hanc quoque actionem legis actionem esse; quibusdam autem placebat ⟨*legis actionem non esse*⟩,[2] primum quod pignoris ca*p*io extra ius peragebatur, id est non apud pr*aetorem*, plerumque etiam absente aduersario, cum alioquin ceteris actionibus non aliter uti ⟨*quis*⟩[3] posset quam apud praetorem praesente aduersario; praeterea quod nefasto quoque die, id est quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium uenerunt. namque ex nimia subtilitate ueterum qui tunc iura condiderunt eo res perducta e*st*, ut uel qui minimum errasset *litem*[4] perderet. itaque per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est ut per concepta uerba, id est per formulas, litigaremus.[5] **31.** Tantum ex duabus causis permissum est [id legis actionem facere] lege agere: damni infecti et si centumuirale iudicium fu*tu*rum *est*. sane qu*idem*, cum ad centumuiros it*ur*, ante lege agitur sacramento apud praetorem urbanum uel peregrinum [praetorem]. damni uero infecti nemo uult lege agere, sed potius stipulatione quae in edicto proposita est obligat aduersarium suum, i*d*que[6] et commodius ius et plenius est. per pignoris /
V p. 199 *capionem*.[7] . . .

---

[1] So Savigny. *darem* V.

[2] So Huschke–Kübler. ⟨*contra*⟩ *placebat* Krüger. Cf. supra 2, 78.

[3] So Huschke. *possent* Krüger.

[4] *it* V.

[5] So Kübler. Corrected in V from *litigatores*. *litigemus* Krüger.

[6] *itaque* V.

[7] Conjectured first word of V 199, which is entirely illegible. After finishing with *pignoris capio* Gaius presumably passed on to *formulae quae ad legis actionem exprimuntur*. Cf. 4, 10.

---

§ 28. *l. xii tabularum*: XII Tabb. 12. 1 (Textes 22. Bruns 1, 39). *dapem*: Festus v. Daps (Lindsay 59). Cato, de agri cult. 131–2. *publicanis*: G. 4, 32.

given to a soldier by way of pay was called *aes militare*. He might also distrain for money assigned for the buying of his horse, this being called *aes equestre*; likewise for money assigned for buying barley for the horses, this being called *aes hordiarium*. **28.** By statute it was established, for instance, by the law of the Twelve Tables against one who had bought a sacrificial victim, but failed to pay for it; likewise against one who failed to pay the reward for a beast of burden which another had hired to him in order to raise money for a sacrificial feast. Again, by the censorial conditions farmers of public taxes of the Roman people were allowed to distrain upon anyone who owed taxes under some statute. **29.** In all these cases the levy of distress was accompanied by a set form of words, and for this reason it was generally held that *pignoris capio* was a further *legis actio*; some, however, held that it was not, first because the seizure was performed outside court, that is, not before the praetor, and usually when the other party was absent, whereas it was not possible to perform the other *legis actiones* except before the praetor and in the presence of the other party; and further because *pignoris capio* could be performed on a *dies nefastus*, that is, on a day on which a *legis actio* was not allowed.

30. But all these *legis actiones* gradually became unpopular. For the excessive technicality of the early makers of the law was carried so far that a party who made the slightest mistake lost his case. Consequently by the *L. Aebutia* and the two *Ll. Iuliae* they were abolished, and litigation by means of adapted pleadings, that is by *formulae*, was established. **31.** In two cases only may one proceed by *legis actio*, namely for *damnum infectum* and where the trial is to be before the centumviral court. But though, when one is going before the centumvirs, a *legis actio* by *sacramentum* is previously enacted before the urban or the peregrine praetor, one never wishes to proceed by *legis actio* for *damnum infectum*, but prefers to bind the other party by the stipulation published in the Edict, this being a more convenient and a fuller remedy. By *pignoris capio*. . . .

---

§ 29. *extra ius*: G. 4, 16. 164. *nefasto die*: Varro, de l. lat. 6, 30 (Bruns 2, 55). Ovid, fast. 1, 47. § 30. *legis actiones*: G. 1, 184; 4, 11 sq. 48. 82. 108. *qui minimum errasset*: G. 4, 11. *l. Aebutiam*: date unknown; ca. 150 B.C.? *duas Iulias*: 20–19 B.C. Cf. Girard, SZ 1913, 295. § 31. *permissum est*: G. 4, 162 sq. 171. *centumuirale*: G. 4, 16 in fin. 95. *stipulatione*: Ulp. D. 39, 2, 7 pr. Edictum § 175.

V p. 200 . . . / apparet. **32.** Contra[1] in ea forma quae publicano proponitur talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is a quo captum erat luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. **33.** Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur. siue enim pecuniam siue rem aliquam certam debitam nobis petamus, eam ipsam DARI NOBIS OPORTERE intendimus, nec ullam adiungimus condictionis fictionem. itaque simul intellegimus eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dari oportere intendimus, sua ui ac potestate ualere. eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

34. Habemus adhuc alterius generis fictiones in quibusdam formulis, ueluti cum is qui ex edicto bonorum possessionem petiit ficto se herede agit. cum enim praetorio iure is,[2] non legitimo, succedat in locum defuncti, non habet directas actiones, et neque id quod defuncti fuit potest intendere SUUM ESSE, *neque id quod ei* debebatur potest intendere ⟨*DARI*⟩ SIBI OPORTERE. itaque ficto se herede intendit, uelut hoc modo: IUDEX ESTO. SI AULUS AGERIUS (id est, si ipse actor) *LUCIO TITIO* HERES *ESSET, TUM SI EUM* FUNDUM DE QUO AGITUR EX IURE QUIRITIUM *EIUS* ESSE *OPORTERET.*[3] et sic *de* debito cum praeposita simili *fictione heredis*[4] ita subicitur: TUM SI PARERET[5] NUMERIUM NEGIDIUM AULO ⟨*AGERIO*⟩ SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE. **35.** Similiter et bonorum emptor ficto se
V p. 201 herede agit; sed interdum et alio modo agere solet. / nam ex persona eius cuius bona emerit sumpta intentione conuertit condemnationem in suam personam, id est ut, quod illius esset uel illi dari oporteret, eo nomine aduersarius huic condemnetur; quae species actionis appellatur Rutiliana, quia a praetore Publio Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, comparata est. superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor agit, Seruiana uocatur. **36.** ⟨*Item usucapio fingitur in ea actione quae Publiciana uocatur.*⟩[6] datur autem haec actio ei qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque amissa

[1] *cont* V. *contra* Huschke–Kübler. *item* Krüger.
[2] *es* V. *is* Polenaar–Kübler. om. Krüger.
[3] The usual restorations of an illegible passage; a little long; Kübler om. *eum*.
[4] *et sic—heredis*: Mommsen's restoration by way of example.
[5] *pareret* editors. *paret* V; cf. Theoph. 4, 6, 6 (Ferrini 420).
[6] Krüger's generally accepted supplement.

§ 32. Cf. G. 4, 10. 28. *forma*: G. 1, 160; 4, 24. § 33. Cf. G. 4, 10. 17b sq. § 34. Cf. G. 3, 32. 80. 81; 4, 111. § 35. Cf. G. 3, 80. 81; 4, 65. 111. *conuertit*

32. (On the other hand?) in the scheme laid down for a tax-farmer there is a fiction to the effect that the debtor be condemned in the sum for which in former times, where distress had been levied, the person distrained upon would have had to redeem.

33. But no *formula* is framed on the fiction of a *condictio* having taken place. For when we claim a sum of money or some other thing as owing to us, we simply declare that it ought to be conveyed to us and add no fiction of a *condictio*. This implies that *formulae* in which we declare that a sum of money or some other thing is owing to us stand on their own strength and efficacy. The *actiones commodati*, *fiduciae*, *negotiorum gestorum*, and innumerable others are of the same character.

34. Further, in certain *formulae* we find fictions of another kind, as where one who has applied for *bonorum possessio* under the Edict sues with the fiction that he is heir. For as he succeeds to the deceased by praetorian, not civil law, he has no straightforward actions, and cannot claim either that what belonged to the deceased is his or that what was due to the deceased ought to be paid to him. His statement of claim, therefore, contains the fiction that he is heir, as thus: 'Be *X iudex*. If, supposing that Aulus Agerius' (i.e. the plaintiff) 'were heir to Lucius Titius, the land, the subject of this action, would be his by Quiritary right.' Similarly, in a suit for a debt, first comes the same fiction and then: 'if on that supposition it appears that Numerius Negidius ought to pay Aulus Agerius 10,000 sesterces.' **35.** In the same way a *bonorum emptor* also sues with the fiction that he is heir; sometimes, however, he sues in another form; that is to say, he frames the claim in the name of the person whose estate he has bought, but transfers the condemnation into his own name, demanding that the defendant be condemned to himself in what belonged or was owed to the insolvent. This latter form of action is called *Rutiliana*, having been devised by the praetor Publius Rutilius, who also is said to have introduced *bonorum uenditio*. The previously mentioned form of action, in which the *bonorum emptor* sues with the fiction that he is heir, is called *Seruiana*. **36.** In the action called *Publiciana* there is a fiction of usucapion. This action is granted to one who has been delivered a thing on lawful title, but has not yet completed usu-

---

in suam personam: G. 4, 86. *Publio Rutilio*: probably the consul of 105 B.C. *Seruiana*: Servius Sulpicius? § 36. Cf. G. 2, 40. 41. Inst. 4, 6, 3. 4. 31. Edictum § 60 (59).

possessione petit. nam quia non potest eam EX IURE QUIRITIUM SUAM ESSE intendere, fingitur rem usucepisse, et ita quasi ex iure Quiritium dominus factus esset intendit, uelut hoc modo: IUDEX ESTO. SI QUEM HOMINEM AULUS AGERIUS EMIT ⟨*ET*⟩ IS EI TRADITUS EST ANNO POSSEDISSET, TUM SI EUM HOMINEM DE QUO AGITUR EIUS EX IURE QUIRITIUM ESSE OPORTERET, et reliqua. **37.** Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo iustum sit eam actionem etiam ad peregrinum extendi, ueluti si furti agat peregrinus aut cum eo agatur. ⟨*nam si cum peregrino agatur,*⟩[1] formula[2] ita concipitur: IUDEX ESTO. SI PARET ⟨*LUCIO TITIO A DIONE HERMAEI FILIO OPEUE*⟩ CONSILIO DIONIS HERMAEI FILII[3] FURTUM FACTUM ESSE PATERAE AUREAE, QUAM OB REM EUM, SI CIUIS ROMANUS ESSET, PRO FURE DAMNUM DECIDERE OPORTERET, et reliqua. item, si peregrinus furti agat, ciuitas ei Romana fingitur. similiter,
V p. 202 si ex lege Aquilia peregrinus damni / iniuriae agat aut cum eo agatur, ficta ciuitate Romana iudicium datur. **38.** Praeterea aliquando fingimus aduersarium nostrum capite deminutum non esse. nam si ex contractu nobis obligatus obligataue sit, et capite deminutus deminutaue fuerit, uelut mulier per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit iure ciuili debere nobis, nec directo intendi potest sibi dare eum eamue oportere. sed ne in potestate eius sit ius nostrum corrumpere, introducta est contra eum eamue actio utilis rescissa capitis deminutione, id est in qua fingitur capite deminutus deminutaue non esse.

39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. **40.** Demonstratio est ea pars formulae quae principio ideo inseritur[4] ut demonstretur res de qua agitur, uelut haec pars formulae: QUOD AULUS AGERIUS NUMERIO NEGIDIO HOMINEM UENDIDIT; item haec: QUOD AULUS AGERIUS ⟨*APUD*⟩ NUMERIUM NEGIDIUM HOMINEM DEPOSUIT. **41.** Intentio est ea pars formulae qua actor desiderium suum concludit, uelut haec pars

---

[1] Added by Krüger, but with doubt. om. Kübler.

[2] *in formula* V.

[3] *si paret consilioue dihoniser·mei filio* V. Cf. Lenel, Edict. 324 ff. Krüger supplies only *Lucio Titio ope.*

[4] Krüger's suggestion, adopted by Kübler. V *praecipue ideo inseritur*, but from *praecip* the readings are very doubtful. Mommsen: *praecipit* (cf. 4, 63) *id quod geritur.*

---

§ 37. Cf. Cic. de nat. deor. 3, 30, 74. Edictum § 128. *ope consilio*: G. 3, 202. *pro fure*: G. 4. 45. § 38. Cf. G. 1, 162; 3, 84; 4, 80. Edictum § 42. § 40. Cf. G. 4, 44. 47. 58 sq. 136. § 41. Cf. G. 4, 44. 47 sq. 131.

capion of it, and who, having lost possession, sues for it. Since he cannot claim that it is his by Quiritary right, he is feigned to have completed the period of usucapion, and so claims as though he had become its owner by Quiritary right, as thus: 'Be *X iudex*. If, supposing that Aulus Agerius had possessed for a year the slave bought by and delivered to him, that slave, the subject of this action, would be his by Quiritary right', &c. **37.** Again, if a peregrine sues or is sued on a cause for which an action has been established by Roman statutes, there is a fiction that he is a Roman citizen, provided that it is equitable that the action should be extended to a peregrine, for example, if a peregrine sues or is sued by the *actio furti*. Thus, if he is being sued by that action, the *formula* is framed as follows: 'Be *X iudex*. If it appears that a golden cup has been stolen from Lucius Titius by Dio the son of Hermaeus or by his aid and counsel, on which account, if he were a Roman citizen, he would be bound to compound for the wrong as a thief,' &c. Likewise if a peregrine is plaintiff in the *actio furti*, Roman citizenship is fictitiously attributed to him. Similarly an action with the fiction of Roman citizenship is granted if a peregrine sues or is sued for wrongful damage under the *L. Aquilia*. **38.** And again, in some cases we sue with the fiction that our opponent has not undergone a *capitis deminutio*. For if our opponent, being contractually bound to us, has undergone a *capitis deminutio*—a woman by *coemptio;* a male by adrogation—he or she ceases to be our debtor at civil law, and we cannot make a straightforward claim that he or she ought to convey to us. But, in order that it may not be in his or her power to destroy our right, a *utilis actio*, with rescission of the *capitis deminutio*, has been introduced against him or her, that is, an action in which the *capitis deminutio* is feigned not to have taken place.

39. The following are the parts or clauses of *formulae: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio*. **40.** A *demonstratio* is the part of a *formula* which is placed at the beginning, in order to make known the subject-matter of the action. Here is an example: 'Whereas Aulus Agerius sold the slave to Numerius Negidius', or 'Whereas Aulus Agerius deposited the slave with Numerius Negidius'. **41.** An *intentio* is the part of a *formula* in which the plaintiff expresses what he claims, for example the clause: 'if it

formulae: SI PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE; item haec: QUIDQUID PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE ⟨*OPORTERE*⟩; item haec: SI PARET HOMIN*EM* EX IURE QUIRITIUM AULI AGERII ESSE. **42.** Adiudicatio est ea pars formulae qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare, uelut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi diuidundo, aut inter uicinos finium regundorum. nam illic ita est: QUANT*UM* ADIUDICARI OPORTET IUDEX TITIO[1] ADIUDICATO. **43.** Condemnatio est ea pars formulae qua iudici con-
V p. 203 demnandi / absoluendiue potestas p*er*mittitur, uelut haec pars formulae: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLUE; item haec: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DUMTAX*AT* ⟨*X MILIA*⟩ CONDEMNA. SI N*ON* PARET, ABSOLUITO; item haec: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO [*X MILIA*] CONDEMNATO et reliqua, ut non adiciatur DUMTAXAT ⟨*X MILIA*⟩. **44.** Non tamen istae omn*es* partes simul inueniuntur, sed[2] quaedam inueniuntur, quaedam non inueniunt*ur*. certe intentio aliquando sola inueni*tur*, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est qua quaeritur aliquis[3] libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae complures. demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam solae inueniuntur; nihil enim omnino ⟨*demonstratio*⟩ sine intentione uel condemnatione ualet; item condemnatio sine demonstratione uel intentione, uel adiudica⟨*tio sine demonstra*⟩-tione[4] nullas uires habet, ⟨*et*⟩ ob id numquam solae inueniuntur.

45. Sed eas quid*em* formulas in quibus de iure quaeritur in ius conceptas uocamus, quales sunt quibus intendimus NOSTRUM ESSE ALIQUID EX IURE QUIRITIUM au*t* NOBIS DARI OPORTERE aut PRO FURE DAMNUM ⟨*DECIDI OPORTERE*; *sunt et aliae in*⟩[5] quibus iuris ciuilis intentio est. **46.** Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est, in quibus nulla talis intentionis concept*io* est, ⟨*sed*⟩ initio[6] formulae, nominato eo quod factum est, adici*un*tur ea uerba per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur, qualis est

---

[1] *Titio* can hardly be right. *Titio Seioue?* Kübler.

[2] *sed* ⟨*abesse potest una aliaue; item solae*⟩ *quaedam* &c. Mommsen.

[3] *an quis?* Kübler.

[4] So Kübler. *adiudicatio* ⟨*sine demonstratione uel inten*⟩*tione* Krüger; but we know of no *adiudicatio* with an *intentio*: cf. Edictum 206 ff.; Buckland, Jurid. Rev. 1936, 359 ff.

[5] Usually supplied, from 4, 37 supra and Autun Gaius § 80.

[6] So Lenel, SZ 1928, 15. *intentionis concepta est initio* V. *intentio* for *intentionis* Krüger and Kübler. ⟨*sed*⟩ generally.

appears that Numerius Negidius ought to pay Aulus Agerius 10,000 sesterces', or again: 'whatever it appears that Numerius Negidius ought to pay to or do for Aulus Agerius', or again: 'if it appears that the slave belongs to Aulus Agerius by Quiritary right'. **42.** An *adiudicatio* is the part of a *formula* empowering the *iudex* to assign property to one among the litigants, as where the action is for the division of an inheritance between coheirs, or of partition between co-owners, or for the determination of boundaries between neighbours. Here we find the clause: 'let the *iudex* assign to Titius so much as ought to be assigned.' **43.** A *condemnatio* is the part of a *formula* empowering the *iudex* to condemn or absolve the defendant, for example the formulary clause: 'do thou, *iudex*, condemn Numerius Negidius to Aulus Agerius in 10,000 sesterces. If it does not appear, absolve', or this one: 'do thou, *iudex*, condemn Numerius Negidius to Aulus Agerius in a sum not exceeding 10,000 sesterces. If it does not appear, absolve', or again this: 'do thou, *iudex*, condemn Numerius Negidius to Aulus Agerius', &c., without the addition of the words 'not exceeding 10,000'. **44.** These clauses are not, however, found all together in one and the same *formula*, but some are present and others not. An *intentio* indeed is sometimes found by itself; so in prejudicial *formulae*, such as that raising the question whether a man is a freedman or what is the amount of a *dos*, and various others. But neither *demonstratio* nor *adiudicatio* nor *condemnatio* is ever found by itself; for a *demonstratio* without an *intentio* or a *condemnatio* is quite ineffectual, and equally a *condemnatio* without a *demonstratio* or an *intentio*, or an *adiudicatio* without a *demonstratio*; hence these clauses are never found by themselves.

45. *Formulae* raising a question of law are described as framed *in ius*. Examples are *formulae* with *intentio* to the effect that something belongs to us by Quiritary right, or that something ought to be conveyed to us, or that the defendant ought to compound for the wrong as a thief. Further examples could be given of *formulae* with *intentio* of civil law. **46.** But other *formulae* are described as framed *in factum*, those namely in which there is no *intentio* framed in the above manner, but in which, after an initial statement of what has happened, words are added empowering the

---

§ 42. Cf. Inst. 4, 6, 20. 4, 17, 4. § 43. Cf. G. 4. 48–52. 57. 68. § 44. *praeiudicialibus*: G. 3, 123. Inst. 4, 6, 13. § 45. Cf. G. 4, 41. 47. 60. 107. *pro fure*: G. 4, 37 &c. § 46. Cf. G. 4, 47. 60. 106.

formula qua utitur patron*u*s contra libertum qui eum contra edictum
V p. 204 praetoris in ius *u*ocauit.[1] / nam in ea ita est: RECUPERATORE*S* SUNT*O*. SI PARET ILLUM PATRONUM AB ILLO LIBERTO[2] CONTRA EDICTUM ILLIUS PRAETORIS IN IUS UOCATUM ESSE, RECUPERATORES ILLUM LIBERTUM ILLI PATRONO SESTERTIUM X MILIA[3] CONDEMNATE. SI NON PARET, ABSOLUITE. ceterae quoque formulae quae sub titulo DE IN IUS UOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, uelut aduersus eum qui in ius uocatus neque uenerit neque uindicem dederit; item contra eum qui ui exemerit eum quì in ius uocaretur;[4] et denique innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur. **47.** Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas formulas proponit, uel*u*ti depositi et commodati. illa enim formula quae ita concepta est: IUDEX ESTO. QUOD AULUS AGERIUS APUD NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUI*T*,[5] QUA DE RE *AGITUR*, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIUS *I*UDEX[6] NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO CONDEMNATO.[7] SI NON PARET, ABSOLU*ITO*, in ius concepta est. at illa formula quae ita concepta est: IUDEX ESTO. SI PARET AULUM AGERIUM APUD NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUISSE EAMQUE DOLO MALO NUMERII NEGIDII AULO AGERIO REDDITA*M* NON ESSE, QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO CONDEMNATO. SI NON PARET, ABSOLU*ITO*, in factum concepta est. similes etiam commodati formulae sunt.

48. Omnium autem formularum quae condemnationem habent ad pecuniariam aestimationem condemnatio[8] concepta est. itaque,
V p. 205 et si corpus aliquod petamu*s*, / ueluti fundum, hominem, uestem, ⟨*aurum*⟩, argentum,[9] iudex non ipsam rem condemnat *e*um cum quo actum est, sicut olim fieri solebat, ⟨*sed*⟩[10] aestimata re pecuniam eum condemnat. **49.** Condemnatio autem uel certae pecuniae in formula proponitur uel incertae. **50.** Certae pecuniae uelut in ea formula qua certam pecuniam petimus. nam illic ima parte

---

[1] *euocauit* V. [2] *patrono liberto* V.

[3] *quinquaginta aureorum* Ulp. D. 2, 4, 24, which suggests emending *x* to *l* in the present passage (Lenel, Edictum 69).

[4] So V. *uocatur* Krüger. [5] *deposuisset* V. [6] *iudex: id · iud* · V.

[7] *condemnato n.r.* V. *condemnato nisi restituat* Krüger, but see Lenel, Edictum 288.

[8] *condemnationem* V. *condemnatio nunc* Muirhead.

[9] *uestem argumentum* V. ⟨*aurum*⟩: cf. 2, 13. *argentum*: cf. 2, 79.

[10] So Krüger, and generally. But Nicolau–Collinet, RH 1936, 751, place the ⟨*sed*⟩ between *actum est* and *sicut*.

